reponere debuerunt prorogavit ad quindenam alias ad xi
Marcij presentibus ibidem familiis domini

2196

Discreti Nicolai Crassynski Studentis de Bursa pauperum dominus petitis condescendens, quam penam quam in triduo reponere debuerat infra hinc et spacium duarum septimanarum terminum reposicionis prorogavit sub censuris presentibus ut in actis

2197

Discreti Joannis Sdzarowski alias Zakrzowski studentis de Bursa pauperum dominus ad petita quorundam bonorum virorum terminum reposicionis pene infra hinc et duas septimanas prorogavit sub censuris ecclesiasticis presentibus etc

2198

Discreti Jacobi Lithvani minoris Studentis de Bursa pauperum dominus ad petita bonorum virorum eidem Jacobo terminum reposicionis pene prorogavit ad octavam sub censuris ecclesiasticis presentibus ut in actis

## Veneris Quarta Marcij

2199

Discreti Sebastiani servitoris domini doctoris Joannis de Schamotuli ad Justarum Paulus Sapiencia servitor universitatis retulit se de mandato domini venerabilis eiusdem domini Joannis Juris Canonici doctoris ad diem Crastinum alias pro Sabbatho proximo ante letare citasse terminumque eidem assignatum fuisse presentibus ut in actis

## Saturni v. Marcij

2200

Venerabilis dominus Joannes de Schamotuli decretorum doctor ad Justarum Sebastiani Lancelli et servitoris sui citatus et non comparens domino ultra horam solitam diucius expectante pronunciatur contumax presentibus ut in actis

## Lune septima Marcij

2201

Discretus Georgius Drwalowski Studens de Bursa pauperum penam quam reponere debuit venerabilis tres florenorum ~~caritit~~ caret prout asserit pecuniis loco pecuniarum

Annicam reposuit quam dominus accipere fecit loco tunice per
reponet unum fertonem pro persona sua et aliud pro
fratre ex speciali gratia domini sibi in hac parte indulgen
te in tribus septimanis post festum pasche sub censuris
ecclesiasticis presentibus ut in actis

## Martis viii Marcii

2202 Jacobo minori lithvano de kiedani studenti in bursa
pauperum morati instante ut reposicio pene unius
floreni sibi ulterius transferatur ob defectum pecuniarum
pro illo tempore dominus petitis suis acquiescens terminum
reposicionis pro festo sancti Georgii proximo sibi as
signavit. Qui quidem Jacobus dictam penam obligavit
se soluturum pro tempore descripto sub censuris ecclesiasticis presenti
familia domini

## Mercurii nona Marcii

2203 Venerabili domino Joanni de Schamotuli decretorum doctori
dominus ob spem satisfactionis parti sibi contravenienti
atque etiam justificacionis de aliquibus eidem domino doctori
per dominum rectorem obiectis hinc ad octavam in absolucionem
consensit sub reincidencia et gravioribus presentibus fatis

## Jovis xvii Marcii

2204 Honesta Anna de platea Vislicensi citavit Jo
annem locatum de scolis sancti spiritus propter debitum
quatuor florenorum quem terminum de consensu parcium ob spem
concordie fiende dominus pro die sabbatho post conde
ctum pasche proximo continuavit presentibus ut in actis

2205 Discretus Joannes de Sanok arcium baccalarius
citatus ad instantiam providi Bartossii sutoris de Cra

propter debitum sex florenorum per mediam sexagenam cum
decoctione gl. racione expensarum quem terminum dominus
ex decreto suo ob spem satisfactionis per patrem
dicti Baccalarii, qui temporibus hiis immediate futuris
speratur advenire Cracoviam infra hinc et decursum
sex septimarum inclusive continuavit presentibus fatis etc.

## Die Mercurii VI Aprilis

2206

Discretus Nicolaus Wielebnowski Studens de Bur-
sa pauperum citatus ad instantiam Elie Judei de
Zharnow atque consortis sue dominus hodiernum terminum
de consensu parcium ob spem concordie fiende conti-
nuavit hinc et feriam secundam proximam presentibus
servitoribus universitatis

2207

## Mercurii VI Aprilis

Discretus Michael Lithvanus Studens de Bursa
pauperum citatus ad instantiam Elie Judei atque consortis
sue de Zharnow dominus ob spem concordie terminum
hinc ad feriam secundam proximam, sub censura ecclesiastica
continuavit presentibus famulis domini etc.

2208

censura

## Lune XI Aprilis

Discretus Nicolaus Wielebnowski Studens de
Bursa pauperum constitutus ad acta presencia recog-
novit se teneri Elie Judeo cum consorte sua sex florenorum
per mediam sexagenam cum uno fertone racione debiti
sibi per dictum Judeum ~~mutuati~~ ad pignus mutuati
tamen quia dictus Wielebnowski calliditate sua pignus
de dicto Judeo non facta sibi solucione repetivit, atque ac-
cepit, dominus ex decreto suo jussit in defectu pecuniarum

2209

pignus reponi Quiquidem Nicolaus Wielebnowski
dicto Judeo cum uxore sua pignus reposuit vidit
Tunicam Brunaticam panni Lunensis Birretum dum
plum, peliceam nowogrothkowa in quatuor florenis
per mediam sexagenam tali tamen condicione quod si pignus
dictum Idem Nicolaus pro festo Sancti Johannis Baptiste
proximo non redimerit ipsum perdet et in vim per
dicionis transibit Residuum vero pecuniarum vidit
duos florenos cum fortune obligavit se solutum predicto
Judeo sive uxori sue in octava sub censura ecclesiastica
et ibidem in continenti per ex speciali mandato domini Rectoris
Per dominum Felicem Lachowski est monitus et satis
faciat obligatis presentibus ibidem Paulo et Andrea
servitoribus Universitatis et Felice atque aliis famulis

## Lune die eadem ut supra

Discretus Michael Lithvanus Studens de Bursa Pau
perum citatus ad instanciam Elie Judei atque consortis sue
quondam in Tharnow moratis Qui Judeus proposuit
contra Michaelem Studentem quod ipse tunicam et peliceam
circa eum invadiatam dolo et fraude ab eo accepisset peliceam
tamen circa eundem Judeum relicta quod pignus erat dicto Michae
li sublatum, et Judeo invadiatum dominus ex decreto suo
mandavit dicto Michaeli Studenti tunicam Judeo reddere
aut pignus redimere vidit tunicam quam a Judeo accepit
et peliceam circa Judeum retentam quod in medialtera mora
invadiatum erat, infra hinc et tres dies sub censuris ecclesiasticis
et ibidem in continenti dictus Michael Lithvanus
per dominum Felicem Lachowski est de speciali mandato domini

Rectoris monitus ut pareat et satisfaciat de
creto, presentibus ibidem paulo et Andrea servitori
bus universitatis

## Mercurij xii aprilis

2211

Honesta katherina hermathisowa de Cleparz
citavit Andream dobrzyniecki Studentem de pauperum
Bursa occasione debiti medie marce cum tribus gr.
per fratrem dicti dobrzyniecki retenti. Quia
idem Andreas dobrzyniecki iuxta intencionem et
proposicionem katherine predicte veniens cum fratre
suo in domum hospitalem dicte katherine necessaria
pro fratre atque equo suo, fecit dare et pro
curare, pro quibus datis, non est sibi satisfactum, que
omnia dicta katherina pensat ad mediam marcam
cum tribus gr. Unde in causa eadem dominus de con
sensu parcium, quia adventus fratris dicti Andree
dobrzyniecki diebus hijs speratur, ob spem con
cordie fiende continuavit terminum hinc ad feriam quartam
post Stanislai in Mayo proximam presente familia domini

## Jovis xiiii aprilis

2212

Venerabilis dominus Leonardus de Cracovia decretorum
doctor iuxta relacionem Andree sapiencie citavit
Magistrum Leonardum Wyssuka Minoris Collegij
collegiatum, ob verba contumeliosa contra dominum do
ctorem per Magistrum Leonardum Wyssuka prolata
ipsum infamancia, quibus dominus ob spem concordie
continuavit terminum hinc ad feriam secundam proximam
presente familia domini

Veneris xv aprilis

2213 Discretus Joannes Arenus Baccalarius Locatus in Scolis ad Sanctum Spiritum, veniens ad acta presencia confessus est se teneri et debere unum florenum alias mediam Sexagenam, racione expensarum Haresto Anne de Platea Visluensi quem florenum dicte Anne obligatur solvere pro festo penthecosten proximo sub censuris ecclesiasticis presentibus familiis dni Rectoris

2214 Discretus Nicolaus Homenthowski Studens de Scolis omnium Sanctorum veniens ad acta recognovit se teneri et debere unum fertonem pecuniarum in mutuum acceptarum discreto Nicolao de Pijarthek Studenti in Bursa pauperum moram habenti Quem fertonem dictus Homenthowski obligat se solvturum pro nundinibus mei instantibus alias pro festo Sancti Stanislai in Maio sub censuris ecclesiasticis presentibus familiis dni

ex conu

Acta acticata coram venerabili et Egregio dno Joanne de Ossviaczym Sacre Theologie professore Canonico Crac. In Rectoratu eius quinto Commutacione Estivali Anno domini Millesimo quingentesimo Tercio

# Die Lune secunda Maij

2216

Venerabilis dns Leonardus de Wyssuka
arcium Mgr Collegiatus Collegij minorum arti
starum, veniens ad acta fuerunt confessus est se
debere honorabili dno petro de Costrzen lectori
Missarum Capelle Sti Thome Cantuariensis in
ecclia Cracoviensi duas marcas cum decem gr ra
tione missarum ~~circa~~ altare eiusdem Mgri Leonardi
per dictum dnum petrum lectorem sufficienti calcu
lo prehabito, quem debitum dictus Mgr obliga
tur solvere dno petro pro quartali pentheco
sten proximo sexagenam reliquum vero vczt
marcam minus gr duobus in vita septimana
post quartale penthecostem sub censuris ecclasticis
Qui dns petrus remanebit dicto Mgri Leonar
do residuum candelarum ad altare dicti Mgri per
tinentia tpe resignationis servicij, alias a quartali pro
ximo futuro penthecosten. Et in continenti dictus
Mgr Leonardus Wyssuka est de Spali manda
to dni Rectoris per paulum servitorem universitatis
monitus ut satisfaciat obligatis. Qui Mgr subiun
sit se eiusdem monitioni, presentibus famulis dni

2217

Stanislaus Zukowski Studens citavit Nicolaum
Parczkowski in causa percussionis dns de confessu
partium continuavit terminum ob spem concordie fiende
hinc ad feriam sextam proximam causa tamen
securitatis inter partes predictas penam decem mar
carum inter partes predictas interposuit quicumque ex eis contraveniret et
aliquas comminationes unus alteri intulerit Sciat

se eandem penam incursurum irremissibiliter persolvendam

## Die Veneris vi Maij

2218 Schefer

Circumspectus Cristophorus de Leopoli citavit Magistrum Martinum Semorem Burse Jerusalem occasione Cancionis per eum sibi pro Casparo de Olomuncz Studente Cracoviensi causa cuiusdam debiti prout asserit dictus Cristophorus facte Examen quia ipse Magister negavit narrata prout narrantur, de consensu partium ad probandum vel deferendum dominus continuavit terminum infra hinc et Spacium unius Mensis. Et interim quia dictus Caspar Studens a Cracovia absentatur dominus Magister scribet eidem ut satisfaciat debito presentibus ut in actis

## Lune ix Maij

2219 Discreto Joanni de Sanok Arcium Baccalario dominus iuxta decretum suum Mandavit infra unam diem naturalem reponere pecunias ad acta Bartossio Sutori de Cracovia pertinentes secundum obligacionem in actis nostris factam videlicet sex florenorum unius medio alterius gr. et ibidem dictus Bartossius accipiet partem et remanebit alteram ex hiis pecuniis hoc est duas marcas et quatuor gr. que Jacebunt ad acta a die dominico proximo per quatuor septimanas Et interim pater dicti Joannis Baccalarii Cracoviam venit Calculacionem cum dicto Bartossio facturus de rebus sive emolumentis domesticis hoc est Butiro et Caseis pro victu sibi prout Joannes Baccalarius asserit ad dictam summam sibi missis In quo dominus per tempus descriptum arestat duas marcas et quatuor gr. iuxta Intencionem Baccalarii pro rebus descriptis Examen

Quia dictus Bartossius negat narrata quod
ad summam sex florenorum talia sibi data foreant
Si pater Baccalarij descripti infra spacium
quatuor septimanarum non venerit et cum Bartos
sio non composuerit, idem Bartossius accipiet resi
duum pecuniarum tempore advenientem in vim satisfactio
nis ibique et pro illo tempore taxationem processuum reser
vamus presentibus Servitoribus Universitatis

Jovis xii Maij

Discretus et Nobilis Andreas Dobrzyniecki
studens de Bursa pauperum satisfaciens honeste
katherine Hermathisowa de Cleparz in debito
fratris sui quem tenetur dicte hospite katherine
occasione medie marce et trium gr. ~~quamvis dominus Andre~~
~~as Dobrzyniecki~~ pro expensis fratri domini Andree
per hospitam erogatis. Quamvis dominus Andreas Do
brzyniecki dixit non debere sibi quidquam, tamen
dominus ex decreto suo, ob eam causam quia dominus
Andreas introduxerat fratrem in domum hospite
existens ei bene notus, mandavit eidem Andree ut
sibi medium debiti descripti infra unam diem na
turalem solveret. Alias gr. tredecim cum medio. Medium
tamen residui debiti ipse dominus Andreas Dobrzyniecki
in fratre ostendet. Ipsum in domum katherine hospi
te inducendo cum Cracoviam venerit, eumque presenta
bit hospite ut satisfaciat sibi de residuo. Ad
quod faciendum dominus Andreas Dobrzyniecki se
sub iuramento in manus domini Rectoris prestito
atque bona fide facturum obligavit. Ita tamen quod si

2220

2227 Mgr Bernardinus de Wratz ex suis Confessatis obligatus est solvere Providi Joanni Hessz Sutori et Civi Crac. tres flor. per media Schagenad minus tribus gr. pro Nundinis Cracoviensibus pro festo Sti Michaelis Celebrandis sub Censuris Ecclesiasticis presentibus Andrea Servitore Universitatis et Nicolao Miklasz atque Martino de Wolbor testibus ad premissa

2228 Veneris xvii Junii

Discretus Adrianus de Olomuncz Studens Universitatis Crac. in Bursa Jerusalem ad Mgrum Martinum Senior Burse Jerusalem morans Canonicus Bremensis et Altarista Olomuncensis venens ad acta submisit se solutioni quadraginta quatuor grossorum Providi Cristophori de Leopoli Mercatorio pro Casparo de Olomuncz cognomine Fiszbaytel quondam Studente Universitatis pro festo Sti Michaelis proximo sub censuris Ecclesiasticis presentibus ut in actis

2229 Martis xxi Junii

Venerabilis dns Martinus de Lesczynsko arcium Mgr Minoris Collegii Collegiatus venens ad acta obligavit se pro Michaele de Kawno Studente de Bursa Pauperum cavendo pro eodem Mamique coniuncta et divisa Marcam unam cum octo gr. solvere pro festo Sti Bartholomei proximo sub Censuris Ecclesiasticis ~~[illegible]~~ Elie Judeo cum uxore sua vexatam propter Securitatem dicti Judei et sue uxoris a commanentibus ut ipse Judeus dixit per Studentem Michaelem Matz dns penam vallatam decem marcarum interposuit ut ipsi Judei essent perfectores et Securiores ab eodem

# Jovis ultima Junij

discretus Stanislaus de Brzeszcze Cuyaviensis ad
Justarum Sbignei Scolarum de Scolis Sancti Stephani
citatus, et non comparens, quem dominus ultra horam solitam
diuinis expectata pronunciauit contumacem presentibus
ut in actis

# Lune iiii Julij

discretus Stanislaus de Brzeszcze Cuyaviensis arcium
Baccalarius Citatus ad Justarum discreti Sbignei Sco
laris de Scolis Sancti Stephani ob causam detencionis
tunice per dictum Baccalarium volens ut cum eo ivis
set ad Scolas particulares ad partes, prout ipse Sbi
gneus deposuit, dicto Scolare nolente, repetenteque ex
Baccalario tunicam Idem Baccalarius ante descriptus
per modum reconuencionalem Sbigneum predictum de octo
ex ei sublatis inculpauit, Quo subsecuto dominus ex
decreto suo, Scolari Juramentum detulit occasione
illorum octo grossorum, ipso ~~hoc~~ hoc idem negante, Itaque
Baccalarius nolens dictum Sbigneum ad Juramentum
admittere, Amicabili Composicione coram domino Inter
eos subsecuta, et mortificatis omnibus Scolarum Sbig
neus nomine liber euasit, Tali tamen modo atque condi
cione quod Nunquam dicti Baccalarius et Scolarum talia
hinc inde in medium de Infamia, et Calumnia
prolata repetere debent, sub vadio pene vallate
decem marcarum, Ita quod si unus alteri vel coram
aliquo alio, talia meminerit et exprobrauerit
et uno teste probatum fuerit vadium decem marca
rum talis incurreret, domino Rectori pro tempore exi
stenti medium, et parti tenenti Concordiam medium
Item dictus dominus Baccalarius Stanislaus de
Brzeszcze Cuyaviensis obligatus est ad acta dicto

vide stal. supra stare vnd flor

770.

Sbigneo Scolari tunicam reponere ad acta
presencia atque Birretum rubeum in quindena
sub censure ecclesiastice Et Ibidem supranomina
tus dominus Baccalarius Incontinenti est per dominum
Albertum Mansionarium de Proschowicze
ex speciali mandato domini monitus ut pareat
obligatus presentibus ibidem discretis Alberto
de Radzyenow valtino de Orlow testibus
ad premissa vocatis et rogatis

2232 Die Jovis septima Julij

Dominus Inter discretos Andream Zamyechowski
de bursa pauperum, et Inter Thomam de Opole
de Scolis sancte Marie, Studentes, interponit
vadium trium Marcarum, quod si unus alteri ex eisdem
comminaverit, aut arma contra alterum detulerit
unoque teste ad maximum duobus deprehensus fuerit
penam prescriptam subibit presentibus familiis domini

2233 Die Martis xij Julij

Discretus Stanislaus de Crac studens de Bursa
Jetin, ~~pauperum~~ Cittatus ad instantiam discreti Vincencij Ludvi
censis quondam servitoris dicti Stanislai, ob invadiacionem
tunice servitoris predicti Qui Stanislaus ex suis
confessatis reddet tunicam de pignore redemptam dicto
Vincencio infra quindenam presentibus familiis domini

Die Mercurij xxvij Julij

2234 Discretus Nicolaus de Grabowo acceptus per kme
tones domini Czepel in villa Gorka prout kmetones
de dicta villa asserunt in violencia, ville et kme
tonibus per vulnera illata dictus Nicolaus Inter
unum comparens negavit narrata prout narrantur
et datur ad probandum vel deferendum ad octavam post Bar
tholomei

## Die Jovis xxviij Julij 2235

Discreto Petro Cunowski Studente de Bursa pauperum Inculpato per dominum Magnificum dominum Johannem Mielstzynski coram domino quod sibi catulum recepisset, dominus ex suis Confessatis dicti Petri mandavit Catulum domino Mielstzynski reportare, Die Crastina in domum habitationis sue, sub Censura Ecclesiastica presentibus ibidem Martino et Nicolao famulis domini

2236

Discretus Stanislaus de Crac studens de Bursa Jerusalem veniens ad acta cum actore petijt sibi terminum solucionis sive redempcionis tunice prorogari ad quindenam dominus Vincencio Hudvicen tanquam actore ad hoc consenciente prolagavit terminum restitucionis sive redempcionis tunice dicto Vincencio ad quindenam presentibus ut in actis

## Die Veneris xxviij Julij 2237

Magnificus dominus Johannes Mielstzynski contra discretum Petrum Cunowski Studentem de Bursa pauperum specialem et contra quascumque alias personas generalem dominum Vincencium Mielstzynski constituit in suum procuratorem cum potestate substituendi ad agendum et defendendum alias in forma plenissima presentibus ut in actis

## Die Veneris xix Augusti 2238

Constitutus personaliter ad acta domini Rectoris Ingenuus adolescens Cristophorus Otphaii de Nissa libere recognovit et Confessus est se debere et obligari in septem florenis minus septem gr per triginta gr computatis venerabili Magistro Michaeli de Vorata

Ab eodem in mutuum pro sua necessitate et sustentacione in studiis realiter perceptis, quos bona fide et sub censura ecclesiastica promisit et submisit se ad solvendum infra hinc ad festum Sancti Michaelis proxime affuturum ubi statim monitus est ad solvendum eosdem per honorabilem dominum Joannem de Skoki Artium baccalarium et lectorem Missarum ad sanctam Annam presentibus ibidem Andrea de Brodzieczki

Die Jovis xxv augusti

2239 Discreto Matheo de Gedano Studenti de Bursa Jerusalem Instante super dampno sibi in camera habitacionis sue illato, quod a domino Poptante ut iuxta statutum processum fuisset dominus Vicarius suis concameralibus vocatis Achacio de Barthva et Stanislao de Crac Iuxta exigenciam statuti decrevit, ut dicto Matheo fiat satisfactio per suos concameralis infra hinc ad feriam terciam proxime futuram, tali tamen condicione quod dictus Matheus prius iuret de dampno si sibi est illatum vel non, custodiendo ne calumnia procedat presentibus Universitatis

2240 Discreto Achacio de Barthva Studenti de Bursa Jerusalem dominus decrevit et mandavit ut infra hinc et feriam terciam proxime satisfaciat Seniori pro penis, contra statuta Bursae predicte ierusalem per ipsum incursis, presentibus famulis domini Rectoris et Universitatis

Die Mercurii ultima augusti

2241 Discretus Nicolaus de Garbowo Studens de Scolis omnium sanctorum suo nomine contra Nobilem et Laboriosos Michaelem procuratorem et kmetones ville dicte Gorka Speciale magistrum Stanislaum Brzezieczki in suum constituit procuratorem cum potestate substituendi ad agendum et defendendum alias in forma plenissima presentibus ut actis

2242

Die eodem

Nobilis Michaelis procuratoris de Villa dni Czepel dicta Gorka ex una et discreti Nicolai de Gorbowo Studentis de Scol. omnium Sctorum in causa partibus ex altera ad examinandum testes ad feriam tertiam proxime futuram ex certis causis distulit et suspendit partibus ut in actis

2243

Die Veneris ii. septembris

Venerabilis viri dni Martinus Belze de Crac. Sacrorum Canonum doctor Magr. Joannes de Grodek in Bursa Jerlm. manens testes in causa inter venerabiles viros dnos Leonardum de Crac. Juris Canonici doctorem ex una et Magrum Leonardum Wysuka de Minori Collegio partibus ab altera, per dictum doctorem Leonardi inducti Justam Magro Leonardo Wysuka juraverunt dicere veritatem in forma in presentia dicti Magri Wysuka protestantis de dandis interrogatoriis

2244

Die solis undecima septembris

Discretus Mathias de Wola Studens quondam in Scolis ad omnes Sctos manens veniens ad acta presentia de parendo Juri in causa inter dictum Mathiam de Wola ex una et venerabilem virum Magrum Rectorem scole ad omnes sctos partibus ab altera vertente et mota, se obligavit volens parere obligatis usque ad decisionem litis et cause et Nicholaum dns propter certiorem securitatem partibus utrisque ~~[illegible]~~ ut arma non deferant sibique invicem non comminent neque aliquibus obligationibus contra seipsos invehant penam vel latam viginti marcarum interposuit, quod si quis ex partibus dictis mandatis contra venerit penam viginti marcarum succumbet presentibus ibidem honorabili et Nobili Stanislao de Sandomiria vicario perpetuo Cracoviensi et Stanislao de Wirzbicza testibus ad premissa

## Die Lune xn Septembris

Dñs Lune xn Septembris

Dñs Lune xn Septembris

Dñs

dedisse postea dixit grossos octo sup quo Jurabit
dns Wszczienski In Castro presentibus seruito
ribus Universitatis

## Die Veneris XVI septembris

2248

discretus Alexius Wszczienski Studens de Bur-
sa pauperum Juxta decretum dni die hesterna fa-
ctum ad prestandum Juramentum sup valore
loculi comparens dominus Joannes Popielski a solu-
cione loculi liberum dimisit. eximendo se de Jura-
mento decreto, tali tn condicione, ipsum dominum Jo-
annem a solucione dimisit et sicut dictum loculum
a dno Alexio Wszczienski in recompensam ac-
ceperat, Ita eundem tpe suo dictus Joannes dno
Alexio recompensabit presentibus familiis dni rectoris

~~[illegible]~~

## Die Saturni pria mensis octobre

2249

In Causa inter Venerabiles et discretos dnos
Stanislaum Mazanyecz de Crac Stanislaum Roza
de Lwborchnija arcium Magros ex una et Joannem Sdza-
rowski sive Zakrzowski Benedictum Latalski Studentes
de Bursa Jrlm partibus ex altera vertente et mota
occasione cuiusdam percussionis mutue Et eciam occasione
insidiarum suprascriptis magris per dictos Studentes
subordinatarum et factarum extra Ciuitatem in via pate-
ti et publica, volentibus ipsis studentibus, suprascriptos
Magros percutere et machinantibus eis in detrimen-
tum salutis Dominus Rector cum ceteris dnis ~~fe-~~
~~ctoribus~~ doctoribus et Magris vegt illis Stanislao
Biel de Nova Ciuitate Stanislao de Ilkusch Michae-
le Parisien Sacre Theologie doctoribus Nicolao Mi-
kosch de Crac Michaele de Wratza Alberto de
Pyotrkow, ~~Nicolao Mykosch de Crac~~ arcium Magris
Cumque ceteris dnis doctoribus et Magris Consiliariis suis
Sentencia sua diffinitiua et decreto, dictos dnos Ma-
gistros occasione exitus tpe nocturno de Bursa et
percussionis mutue cum studentibus supradictis vnu-
quemque de dictis Magris in media marca dictos

Vero Studentes Joannes Sdzarowski et Benedictum La-
talski qui via dnis Magris obsederant, quelibet in
tribus marcis condemnavit, quas penas in octa oes
reponent Et ibidem propter utrarumque parcium securitatem
domini Rectoris decreto Ceterorumque dnorum doctorum et
Magrorum dicte partes mutuo reconciliate sunt Ibique coram
dno Rectore et ceteris dnis superius descriptis Corpo-
rali Juramento Juraverunt nunquam illius discordie et
litis atque cause Meminisci Neque per se aut per quempiam
alium vindicari debere Neque etiam coram quovis
Judice causam movere ultra prout lite pendente
coram dno Rectore et mota, ad Reverendissimum
dominum Epum ~~Confugerat~~ quidem Joannes unus ex his
duobus studentibus superius descriptis pro Juris defen-
sa in Causa Canonis confugerat, que Causa fuit
per dominum Judicem sue Reverendissime partis Curie
Protunc Causarum Auditorem ad dominum Rectorem remis-
sa, ibique tractabatur et Judicata fuit secundum uni-
versitatis statuta, prout in supposito universitatis
Et ibidem coram dno Rectore est sopita, et mortificata
atque Juramento approbata, ita tenere ea omnia pro-
ut ad supposita decet universitatis. Et superhabundanter
tamen dns Rector cum ceteris dominis superius descri-
ptis, inter dictas partes penam vallatam decem mar-
carum et exclusionis ab universitate interposuit
que omnia susceperunt et compromiserunt rata et fir-
ma tenere et observare Juramento per omnes et
singulos ~~in manus Rectoris~~ prestito, quod si aliquis
de dictis partibus huic decreto et unitati contrave-
nerit et ea innovaverit, dictas penas luget
presentibus ibidem Circumspectis viris paulo et Andrea ser-
vitoribus universitatis Et me Stanislao de Crac publico Notario
coram dno Rectore et ceteris dnis huius actus scriba

Die Saturni viij octobris

Venerabilibus et discretis dnis Stanislao Maza-
miecz de Crac Stanislao Roza de Lubochnia Ar-
cium Magris et Joanni Sdzarowski sive Zatrzowski
Benedicto Lathalski dominus Rector termino reposi

causa Canonis

remissa ab Illmo Epo

cionis pene ad petita dictorum Mgrorum et stude:
cium ad unum mensem continuavit

## Obercio generali Rectori universitatis Crac per episcopum Cracovien concessa

Joannes dei gra Epus Crac venerabili viro domino
Rectori alme universitatis studij generalis Crac in Chro
nos dilecto. Salut in dno. Ex communi fama status et
condicionis utriusque hominis et partim fide dignorum relacione
indubitanter intelleximus, quo nonnulle persone doctorum
Mgrorum et studencium de gremio et universitate eiusdem
studij Crac curis et diligencijs debitis et circa eorum lectiones stu:
dium et disciplinam bonarum arcium, seu cuiuscumque alterius
facultatis merito exibendis propositis in sensum et probum consi
in hospicijs ecclesie seu domibus Civitatis Crac aut sub
urbijs eiusdem extra bursas aut scholas contra voluntatem
Rectoris eiusdem universitatis habitare presumunt excessus
negligencias quamplures et varios committere et perpetrare
in vilipendium et contemptum statutorum eiusdem universitatis
et totius status clericalis ac magnum scandalum plurimorum
non dedignantur, unde nos talibus negligencijs erroribus
excessibus exorbitancijsque obviare volentes, ac ipsos docto:
res magistros studentes et alias quascumque eiusdem universitatis
personas ad statum et condicionem meliorem cupientes reducere
pro ipsius universitatis Crac predicte decore. Confidentes
ecclesie de industria et discrecione tuis te ad cuius officium
talia emendanda et corrigenda dinoscuntur pertinere duximus
committendum et per presentes committimus, quatenus postquam per
diligentem tuam inquisicionem aliquos eosdem doctores magistros
aut studentes cuiuscumque status dignitatis et condicionis extite:
rint universitatis predicte in predictis negligencijs exorbita:
cijs et excessibus obnoxios scandalosos atque rebelles aut
in hospicijs seu domibus predictis Civitatis Crac vel sub
urbijs eiusdem extra bursas vel scholas non adhiba ad
missionem tuam aut tuorum antecessorum compereris, ipsos et eorum

quelibet, bimitz et Cenob. aut quoscuq; alios doctores vig
lant studiu ppfatos vij eorum Gossipijs
Contra voluntate tuã seruare aut tene voleãt aut psu
mãt, sentẽtia tã mandatu seu quesita pub instrũta apd
suos Consules dicte Ciuitat Crac. ne vz dicte Cenob vij
suis domibus ppfatos doctores magros aut studiu cu
voluntate tuã teneãt et seruare psumãt, ad euitandu
debitã penã et mulctã ingta tuor statutorum
dicte vniuersitatis aut arbitrio tuo infligendã, oppositis
Rebellesq; et pterijs eis penis et q̃ reseruas cathenas se
sidisset et ibi vsq; fuerit mortem Gurissa, ohrzuas
et alia que necessaria et honesta pro decore vniuersitatis
eiusmodi facias et exercias, antiqte tue mã ordinatõe
mediãte, qua tue extãneos quoscuq; ad studiu indicio tuo
et exigẽtia tã pdicta et alia, que ad inuisdem tuam
pteritas et spectans videbitur, omnia possis et valeas, quatẽ
fungi volumus vij hac pte. Cui plene amb et singulos
sue gby inuisdem rebellatus tui impedimenta no possit. Cessan
et denunciã sue inobedientie reuocandi, reiectatoq; ab
solutu, ac alia qui mitis fuerit faciendj. Datu Cracouie
Kouembr vij diuersu generali die Jouis xxo Nouembr
Anno dom. M. D. xij

Acta actitata Cora Venerabli viro d. Mathiade
Parisien sacre theolo. profes. Rectore Studij Cracr
Comutatõe facta Anno dõi 1513
xxx Nouembris

Quia Reuendus pr dnus Decanus de assignatoribus in hac Theologie
professor Cancellarius Cracr rectorq; Emeritus vocatq; huius re
ctore ad instãtiã v. domini Mathie de Schydlow hanc theolo
pfessionis Cathedrã ad regendum pfessus determinat Cathe
dratus, qbus vsq; dicq; Mathias schydlo hanc theologie Cathe
dram, nomine bonis viuentibus pmittiens se strenue
et bñ acte obseruaturu, a me infrascripto d. Rectore
iuramẽto recepto, in pfessu determinat Cathedratus
que d. Mathias schydlow pfessus determinat Coram dicto Rectore
nigrum ẽgũ ne Lachrimat. Copia tui dicti pmissi sequitur ibi
de verbo ad verbum cum originali concordat/ scz hic ibi sit tenor

expresse negatibus et dominus decrevit probare per ma[illegible] iure
ad Mazaniecz

## Die Jovis xviii Decembris

2255 Discreti Jones Volski et Simon advocati de Brodzecz in termino
ipsis prefixo comparuerunt expectando ductionem testium
a prudente N. Mazaniecz Eius Erace usque ad
decimam horam et ipse non paruit neque testes induxit
et dominus allegata actoris continuacia ipsos citatos ab impe-
ticione ipsius absolvit

## Saturni xix decembris

2256 Discreti Jones de Nyegorza Jones de Dambrowa
Jeronimus de Volborze et Simon de Casimiria Alme
universitatis Eracensis studentes citati ad puncta domini officialis
ac per eundem ad dominum Rectorem remissi Eum discreto
Nicolao Damiaczky comparuerunt in termino ipsis
per dominum officialem limitato et prefatus Nicolaus Damiaczky
eiusdem actor comparere minime curavit et dominus Rector glo-
riam ipsius actoris ipsos studentes citatos a termino dicti
hodierne dumtaxat absolvit

Acta Acticata Coram Venerabili ac Egregio viro dno Mgro Wicaele Parisien Sacre theologie proffessore Lectore ordinario eiusdem Preposito Vonnicien Rectoreque Alme vniuersitatis Studii Cracouien commutacion hiemali de anno dni 1514

Per me Albertum Mathie de Randzynn Sacra Imperiali Auctte Notarium publicum conscripta et ingrossata

Sacrum xiiijta mensis Januarii

Oblio Bohemi Bursinyk

Discretus Joannes Schayler ex Eminte Vlma Studens circa Acta personaliter constitutus obligauit se soluturum tres florenos cum quinque gr. monete communis in regnopolonie decurrentis cauco insidenti ssorie pro discreto Georgio de Mychyngen ipsius consodali prestite Promoto Joanni Bursinyk Bohemo penes nouam bursam inhabitanti et hoc pro expensis memorato Georgio almano et studenti per decursum vndecim septimanarum ~~eidem~~ datis et porrectis quasquidem pecunie prescriptas obligatus est eidem solvere sub pena sua ecclesiastica pro dominica Ramispalmarum proxime sequenti Et interim si ipsi Georgio predicti pro quo ipse cauit pecunie afferentur pro quibus ipse ad parentes intimasse se asseruit Extunc quamprimum afferentur pecunie non expectato tempore prescripto solvere debebit et tenebitur et ipse eundem quantum debebit et tenebitur

2258

Eodem die. Honesta dna Barba consors famati Jo[hannis] Swax civis Cracoviensis Citato discreto Jone Alma[nno] de monte sete Anne studente Universitatis et relatione fecit per circumspectum Andream Faculatum universitatis verbo proposuit quod ipse annuus domum suam inhabitans vim sibi facere nitebatur et cultum evagmat cum eandem volens percutere Ex[illegible] ac magis negavit se velle percussisse et fecisse aliquam vim. Allegavit tamen quod eadem actrix propter culpam et demeritum ipsius studentis almani, misit pro lectoribus suggerens ipsos ut eundem carceribus imponerent postulando qui tamen visa ipsius innocentia nil cum ipso agere volebant, et prefata actrix intentionem suam obtulit se probare et probabit seria tercia proxima

Eadem quoque mulier tamquam actrix allegavit comminationes et insecuritatem a prefato studente sibi intulisse et propter ea petiit sibi de securitate provideri. Et dominus audita querela de huiusmodi insecuritate penam vallatam quindecim marcarum inter partes preseptas causa pacis fiende interposuit et vallavit. Sic quod decreto unus alterum nec verbis inhonestis nec comminationibus aliquibus decreto minime invaleat

2259

## Licencia Magistri Pauli de Crosna

Magister Paulus de Crosna collegiatus minoris collegii constitutus per litteras coram domino Rectore petiit sibi dari licentiam abeundi ad Ungariam in Capellam suam, hinc ad decursum trium mensium dumtaxat. Et dominus Rector peticionibus suis annuit tali sub condicione ut loco sui alium lectorem constituat salvo in omnibus iure ascendendi ad alias collegiaturas

2260

## Conclusio Baccalarii cum Studenti a Beata Virgine Gallate cum interposicione pene

# Con° procuratoꝝ irrevocabiliu p Mgrm Martinu Volborz Collegiatuz maioris collegij ad cedend de eadem collegiatura p assecucoz alteius pnigwioris bneficij ~~de~~ Et vniuersitate

Anno dni 1 7 ff die Saturni vndecima mensis ffebruarij in stuba Com Collegij maioris Artistarum in Medio venerabilium dnorum Nicolai pylcza decani Stanislai Byst custodis Bernardi de Byslupyje Stani de Illusch Michaelis Wratislauie N Mykosz de Cracouia et albti pyotrkowitch alias de Swedzyschewicze Platorum et Lanciorum presentorum ecclie Collegiate scti ffloriani hic Capitulariter congregatorum ac testium infrascriptorum ad hoc vocatorum pnia Constitutus psalter venerabilis Mgr Martinus de Volborzs Collegiatus eiusdem collegij maioris artistarum Non compulsus nec coactus sed (ut asseruit) sponte et libe volens et intendens cede predicte ipius Collegiature amo bne intra se deliberato ffecit constituit creat et solemniter ordinat in suos veros certos legittimos irrevocabiles ac indubitatos procures actores sctores et negociorum infrascriptorum gestores ac minores speciales et generales Reuer p spem no derogando Nec vicensa venerabiles dnos Bernardi de Cracouia Byslupyje Stani de Illusch sacre pfessores et Mgrm Nicolaum Mykosch Lanciorum predicte ecclie scti ffloriani omnes insolidum ad cedendum Collegiatura sue predicte in manus prepositi domus nre aut p tpe existentis ac dnorum doctorum et Mgrorum eiusdem domus Collegij maioris Collegiatorum ad pnam eorundem procurum requisicionem sub censura ecclesiastica in cosdem ipso facto ferendam et promulgandam

Et eidem nrorum[tibus] nrorat[us] Mgr Martin[us] Volborgh
tactis sacris scripturis Evangelijs p[er]sonal[iter] juramentum
corporale ad sancta dei Evangelia p[er] ipsum p[re]stitit
sup[er]scriptorum et juramento suo p[re]d[i]cto in omnibus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

2260

Dns Rector Exauditis querelis ppositionibus disceptationibus et altercationibus inter discretum Stanislaum Assenum Ezyzewsky studentem de scola Bte Virginis in Circulo Cracoviensi et Honorabilem dnum Adam de Brega Arcium Baccalarium et pro tunc locum Magistri illius scole possidentem occasione disciplinae per excessibus ut deducitur est sufficienter eidem studenti modo scolastico fecit et per eundem Baccalarium ad presentiam dni officii Cracoviensis pro facta correctione attentatam ex remissione eiusdem dni officii ad dictum Rectorem facta Ita finaliter conclusit ut ipse studens excessus culpabilis decretis non audeat inquietare memoratum dnum Baccalarium sub pena decem Marcarum Ut quas etiam partes causa pacis et securitatis fiende ~~vi~~ dni alias decem marcas interposuit et firmavit pene vallate ut sub eadem decreto sint in pace

Remissio ad Rectorem

Die Martis xviii mensis Januarii

2261

Discretus Johannes Almanus de monte sancte Anne prestolabat ductionem testium ab honesta Barbara Swabowa quam ex decreto dni Rectoris die hodierna intencionem suam iuxta proporcionem superius contentam facere debuit et non fecit et dns Rector quantum ad actum presentis diei eundem absolvit

Die Veneris Vicesima prima mensis Januarii

2262

Licencia Magistri Bartholomei Bromirski

Dns Rector ad instantem peticionem venerabilis Bartholomei de Bromirz Arcium Magistri licenciam postulanti repatriandi annuit et concessit licenciam hinc ad festum sancti Stanislai vernalis ad ipsum tempus veniendi promisit

Publicatio Simonis Baccalarii de Slesia

2264

Die Lune xiiii mensis Februarii

Constitutus personaliter ad acta presencia discretus Valentinus Silvii Clementis sutoris de Cracovia ex opposito Bursae pauperum studentis alme universitatis studii Cracoviensis

satisfaciendo debito. Honorabilis dominus Simonis Baccalarius arcium de
Boleslavia partibus Slesie obligatus est sibi exemplum tunicam
ipsius pro parte coloris celestini quam prestet velle ipsius
invadiat seu impignoratur apud unum Judeum in una
Marca Gr. quod facere tenebitur pro dominica letare proxima sub
pena excommunicationis. Quinquidem Valentinus incorporatus domino
Baccalario de indemnitate et amissione tunice predicte
cavit.
Et hic idem Circumspectus auditor de Jedlna Sapiam retu-
lit se monuisse de mandato domini Rectoris incorporatum
Valentinum studentem ut eidem Baccalario pro tempore designato
et inscripto sub pena excommunicationis satisfaceret.

2265 Saturni XXV mensis Februarii

Discretus Albertus de Boczslaw Clericus pozn. dioc. in minoribus
constitutus citato discreto Ambrosio Balistatore de Warsi pro
Andrea Sapiam et relacione per eundem facta proposuit verbo quo
ipse Ambrosius nescitur quo spiritu ductus sed ut presumitur ma-
ligno et ebria et insana mente die dominico proximo elapso
evaginato cultro ipsum percussit affecit et vulnus cruentum eidem
ad manum sinistram intulit et manus ipsius clericum mo-
lestas miserit ob quam percussionem vulneracionem et manum
violentam iniectionem petit eundem iuxta statuta universitatis
puniri ~~et sententiam canonis incidisse declarari~~ Ambrosius
Ramo lite contestata negavit se eundem percussisse
et si percussit ignorant percussit eundem. Et dominus decretum
actoris probare fecit vita proxima ante prandium testes ducere

2266 Jovis Prima mensis Martii Secret. Anne Soltissowa

dominus Rector. Effaudita propositione honeste Anne uxori providi Simonis de
Tracza Zolthyssowicz contra honorandum dominum Nicolaum de Strygonia vi-
garum arcium Magistrum pro Szyrzynka serico intexta cum auro
valore dominorum florenorum ita pro lintiamine tele swabskie pro
Gr. apud ancillam ipsius pro dicto anno per ipsum Magistrum mutuo recepto

n pro sexto cum auro valoris trium fertonum et pro conductione
habitacionis Indargmach quam ipsa se facere duxit ad votum
eiusdem Mgri Nicolai pro expensis collacionibus et aliis bene
ficiis eidem domino Nicolao arcium magistro pro eandem impensis ad
que etiam ipse dominus N. Mgr se agnovit, decrevit et man
davit precepit quod salvo moderamine et taxa rerum prescriptarum
Item ipse dominus Mgr Nicolaus memorate domine Anne Scholti
ssowa pro hiis et aliis rebus ad iudicium domini Rectoris de
ducte solvat viginti florenos in quibus monetis pro Syrzynka
pro lintiamine media Marca pro conductione Indargmach
duas Marcas pro sexto cum auro tres fertones ~~[illegible]~~ x gr
pro expensis aliisque rebus omnibus sibi tunc medio corporali iura
mento super valore firmato obiectis huic ad festum sancti Georgii
nec discedere promisit dominoque Rectori manu stipulata se sum
misit donec satisfactionem ac solucionem dicte domine Anne
Soltissowa impensa sufficienter sub censura ecclesiastica in ipsum
Mgrum auctoritate et vigore presentis obligacionis in eum proferendo
Insuper memorata domina Anna promisit fide bona eiusdem Ma
gistrum Nicolaum pro nullis aliis rebus quibuscumque coram aliis
iudicibus inquietare molestare et impedire sub censura ecclesiastica

# Sat'm gr'ca Marcii Zakrzewskii cum Mgris Concordia Scda

2667

Constitutus personaliter honorabilis dominus Joannes Zakrzewski seu
Sdzarowski studens alme universitatis Cracoviensis actor ex una
et Stanislaus Mazaniecz de Cracovia stagnum Roza de Lubochnia
arcium Mgri Nicolai Simoni de arcium Baccalaurei tanquam rei partibus
ex altera coram venerabilibus et eximiis viris et dominis Mgro Mi
chaele parisiensi sacre professore lectore ordinario eiusdem ipso voy
nicieni et pro tunc Rectore alme universitatis studii Cracoviensis magistro
Stanislao Bijec de Nowate custode ecclesie sancti Floriani Nicolao de
Coprzywnicza decretorum ordinario iuris Mgro felice de Lasch
ki canonico Przemisliensi et preposito collegii maioris Mgro Mar

tuo de Schamotuli senior burse pauperum arbitris
arbitratoribus et amicabilibus compositoribus per utramque partem
receptis in quos etiam hic idem de alto et basso compromi-
sserunt et voce unanimi compromissum fecerunt et promiserunt
decreto arbitrationi sive et diffinitioni qualitercumque facte
et ordinate per prefatos dominos arbitros arbitratores et ami-
cabiles compositores stare illudque firmiter et inviolabiliter sub
pena vallata centum florenorum anni in anno ungelium
tenere et observare totum id et quicquid inter partes presentes
occasione et pretextu cuiusdam asserte percussionis et vulne-
rationis prefati domini Johannis Zabrzewsky ut pendebatur per
prefatos magistros et baccalarium Simonem illate et facte ad quam
tam percussionem et vulneracionem prefati magistri unanimi predicto
Simone baccalario se nullatenus agnoscere volebant nec de
ea saltem expresse et evidenter constabat occasione cuius percu-
ssionis et vulneracionis ipsius domini Johannis Odzarowsky et
per eundem questionem seu lite coram venerabili domino Thoma
Causa canonis Rozanowski canonico et officiali Cracoviensi quali memoratus
dominus magistris et baccalario racione canonis fuit mota et
intentata pendebatque indecisa, ea propter ambe partes ut asse-
nerabant hinc inde volentes parcere sumptibus et expensis
litibus anfractibus inter eos sequentibus et sequendis in prefatos
dominos arbitros arbitratores et amicabiles compositores sic ut
premissum est compromiserunt et compromissum fecerunt
Ziquidem dominus arbitri arbitratores et amicabiles
compositores recepto huiusmodi compromisso per utramque partem
manu stipulanti et stipulacionem recipienti ab eisdem prestito
et facto inter easdem partes ita invenerunt diffinierunt
et decreverunt inviolabiliter observandum et primo omnes discor-
dias lites dissensiones odia inimicicias et litium anfra-
ctus necnon omnia et singula acta actitata litteras scriptu-
ras testes et munimenta per que aut quibus utraque pars
in huiusmodi lite se iuvare pendebat mortificaverunt

per reconciliacionem mutuam quam hiidem sibi fecerunt et
per neutra parcium se exemplicis de triumpho vel ma
licia iactitet imposuerunt Ceterum attenta vulnera
cum memorati domini Jonis Zabrzewski Clerici in mino
ribus constituti quam in conflictu et congressu cum prefatis magistris
acquisivit per quem tamen fuisset sibi fecta dubium pendebat
Nilominus pro bono pace duos florenos in quibus monetis
et xxxta grossos in quolibet florenorum computando pro cirur
gico quas se expositurum asserunt hinc ad octavam
dandos et solvendos sub prescripta pena vallata adiu
dicaverunt et pace perpetua utrique parcium tam a me
spirituali quam etiam a quibuscumque comminacionibus et per
cussionibus sub pena memorata lentum florenorum anni in
anno firmaverunt et imposuerunt parti prefatum concor
dia lenti per partem contrarietatem irremissibiliter solvenda
Cassan. et annullando superiorem concordiam inter easdem partes et ali
os carendum complices per Reverendum patrem dominum Joannem Ossuyaczy
Canonicum Cracoviensem et prius Rectorem universitatis Cracoviensis
et alios coarbitros ipsi tunc assidentes fecerunt quantum pro parte
carendum parcium prescriptarum quam eximie memorati domini ar
bitri cassarunt et annullarunt presentibus d. Andrea de
Jedlna Sapiencia et scriptore universitatis Jone de Cracovia
testibus ad premissa

2268

# Lune vita mensis Marcii
# Obligo domini felicis Consulis Crac

Jeronimus dominus Stanislaus Bargyst decretorum doctor
plebanus in Brzeszko coram domino Rectore per constitutus
recognovit se esse obligatum in uno florenorum anni boni et ponderis
famato domino felici Consuli Crac. quem sibi dare et
reponere tenebitur pro festo sancti Michaelis archangeli sub censura
ecclesiastica

Anno domini 1511 die v. Augusti dominus doctor
Bargel reposuit tunc florenum in auxo in vim
satisfactionis de quo quittatur

Die xv Martij

Venerabilis Magister Stanislaus de Cracovia, Citato Venerabili Magistro Erasmo de Cracovia per Andream Sapiam et relacionem hic in secta, contra eundem citatum presentem verbo proposuit pro sextuo primo in initio libri posteriorum eidem Magistro Erasmo accomodato in versu quem sibi non restituit nec se restituere velle asserit nec se de eiusdem recepcione scivit si eundem recepit vel non, quod per allegacionem et rescripcionem fecit et dominus Rector audita allegacione memorati magistri Erasmi de quo fuit et est presumpcio magna quod ipse librum non recepisset mutuo si initium libri in se non haberet decrevit unanimi domini Consiliarijs et doctoribus et magistris quos tunc ibi se habuit vicissim Stanislao Bysl, Mathie Sacre et professore Custode Sancti Floriani Mathia de Ilbusch Iuris pontificij doctore Magistro Martino de Samotuli Sacrorum Canonum Baccalario Quatenus memoratus Magister Erasmus de Cracovia huic ad xv restituat sextuum si habet et non amisit eum aut si amisit valorem eius exoluat prefato Magistro Stanislao de Cracovia.

# Martis xxviii Mensis Martij

Discretus Valentinus Vngarus de Bursa Vngarorum citato discreto Stephano de Vngaria studente in Bursa Philozophorum comanente per Andream Sapiam et relacionem per eundem sectam proposuit pro duobus florenis in auro sibi per eundem Valentinum accomodatis pro necessitate ipsius Exadverso ~~Valentinus~~ Stephanus studens debitum sibi accomodatum non negat sed confessus est se teneri Et dominus ex confessatis mandavit eidem Stephano quatenus debitum memoratum eidem Valentino huic ad xv soluat sub pena excommunicacionis

Sacretheo baccalarius formatus

Eodem die Honorabilis dominus Stanislaus predicator ad sectam Annam Citato domino Paulo Vicario eiusdem ecclesie ad presentiam domini Rectoris tanquam studentis huius alme universitatis per Andream Sapiam et relacionem per eam sectam verbo proposuit Quod idem dominus Paulus certo die et in certo loco in mense presenti et septimo proxime

792. 1 5 14 xxvj Maij

Andr de Jedlna sapia retulit se citasse de mandato dni Venceslai
Mgrm Nicolaum de Tholyschkow Bacchm in medicinis ad instan
Gregorij viri dni Jonis de Ostrzeschow artium et medicine doctoris pro die
hodierna pro hora xx Et hiemdem pro comparens memoratus dns Jo
de Ostrzeschow medicine doctor mdr proposuit sgt et adversus venerabilem
Mgrm Nicolaum de Tholyschkow cuius nomine ipse contravenendo con
cordie inter eosdem per d Rectorem doctores et Mgros in eadem concordia
expressos facte et habite et contra suspensionem suam quam eidem imposue
runt et sub pena vallatu centum florenorum ratificaverunt et emolo
gaverunt ut vicit decreto non practicaret in arte medicine quamquam
pro ab eadem concordia usque in hactenus practicavit practicat et se
in ipsa practica exercet petens eundem incidisse penam vallatum
in eodem arbitramento contentam condenari et ad solvendum eidem cogi et
compelli iuxta vim et tenorem arbitralis sententie predicte

Ex adverso Mgr Nicolaus de Tholyschkow animo lite contestandi
rendit et dixit quod cum amicis suis caris et intimis succurrendo
consuluit et dns doctor protestatus est de confessatis alios autem qui
~~ad eum~~ ex diuturna consuetudine ad eum recurrebant pro consiliis
practice ad doctores remittebat et ex eo dns doctor contrarium
profitebatur quod vicit iudicis practicat quod obtulit se probaturum

## Obligo Jacobi Lanyaczky Mgro N vyelyczka

Comparens pro discretus Jacobus Lanyaczky studens et inhabitans
burse pauperum obligavit se et insepsit parentem iuri et in
dicatum solvi in causa quam sibi venerabilis Mgr Nicolaus
de Vyelyczka occasione percussionis sui scriptoris intentavit
et intentabit sub pena excommunicationis

Die Mercurij ultima mensis Maij In causa circumspecti Nicolai
Barbitonsoris de platea Zlakoviensi cum discreto petro de Gedano
studente vniuersitatis Idem Nicolaus barbitonsor citato eodem petro studente
per familiam vniuersitatis et relacionem facta proposuit quod ipse petrus
anno et mense currentibus veniens sponte ad domum ipsius cum discre
to pancratio Bacchino socio suo obtulit se sponte pro ipso pancra
tio solvere eidem Nicolao barbitonsori duos florenos pro cura medicine
vulnerum facialis eidem Bacchino occasione ipsius petri secum lucrantis
per quendam Bartolomeum lanium illati petens compelli ad solvendum

2282

Jouis Octana messis Junij

Sophia de Posnania ex domo universitatis in[...] collegium 2468
maius proposuit contra Stanislaum Chizky quod eam dehonestavit
et percussit. Inveniuntque oculum lesum et percussum, ad ulterius
coram rectore et Jo[hanne] sapientia universitatis etc. Rector decrevit
in[...] statutum quod Stanislaus Chizky expediat totam medicinam pro oculo
leso. Universitati autem reponat pro pena j florenum usque ad diem s. pet
ad vincula sub pena dupli. Reservavitque ei actionem coram officiali si
voluerit super infamia quam dixit id Stanislaus infamatum se fore per Sophiam
et imposuit penam in[...] pro j florenum ut habeant pacem etc.

Paulus de Shewno studens accusavit pluribus diebus cum ob- 2469
servacione tuminorum magistrum Georgium de Legnicza rectorem scole
sancte Marie in Cracovia. Examinatis igitur testibus iuratis supra sacra
evangelia Stanislao de Thuret altarista et Jacobo Strobiszyret man-
sionario ad sancta Barbara. Dominus rector eadem die Augusti pro illa
summa ut dictus dominus magister Stanislaus de Legnicza pro contentacione
addet et solveret Paulo de Shewna studenti 3 gr. quod dictus
magister neglexit et recusavit solvere. Et ideo monicionem contra eum
dominus rector decrevit die mercurii xi Augusti.

Die Jovis xix mensis Augusti Stanislaus Baccarius de Cracovia 2470
proposuit contra Stanislaum Podkanskij quod ei non solvit laborem
resumpcionis et silentium recedendo ad alium informatorem discessit.
Rector auditis hinc inde proponitur decrevit quod solvat Podkans-
ky debitum Baccarius et quod male discessit quia clam propter quod totum
pactum cum statutum deberet solvere ac si a principio usque in finem

Audisset lectiones Bacc.i. et magr. Stan. de Lowicz submisit
se solvere Bacc.o pro studente podkanski pro die sancti michaelis

2473 Die Jovis ij.a mensis septembris Marcus cirurgicus convenit
coram rectore Sebastianum Bacc.m de Hales pro non solucione
duorum florenorum. Respondente autem Sebastiano Bacc.o quod non tenetur ei solvere
quia non curavit eum complete prout promisit. Quo audito rector re-
misit utrumque parte et cum fideiussore ad seniores cirurgicos ut
crastina die hora xij.a convenirent componerent et starent in
sententia peritorum et antiquorum cirurgicorum scilicet si eum bene curavit
solvit Sebastianus cirurgico Marco duos florenos sin minus non
tenebitur ad solucionem

Et ad die Jovis ij.a septembris Id. Marcus proposuit contra valentinum
Bacc.m de Zitavia quod ei teneretur unum florenum pro cura et medi-
cinis Bacc.o vero prefato de Zitavia confitenti et ita esse asserenti
mandavit rector ut solvat Barbitonsori Marco unum florenum
pro festo exaltacionis sancte Crucis sub pena dupli. Ad quod se submisit

Anno domini 1518 die vero Jovis xxvij.a 26 Augusti

2471 Venerabilis vir dominus Jacobus Grzywna de Cracovia
Arcium et medicine doctor coram venerabili viro
domino Mathia de Myechow arcium et medicine
doctore canonico Cracoviensi et pro tunc rectore universitatis
Cracoviensis ac decanis et consiliariis eiusdem pro tribunali se-
dentibus personaliter constitutus ad infra scripta viz
ad redimendum certum pignus viz cingulum
argenteum repositum per ipsum dictum doctorem Jaco-
bum Grzywna loco xx florenorum fisci prefate uni-
versitati pro sua responsione in facultate medicine
et sua incorporacione debitorum citatus cedendo Juri
liti et cause sibi domino doctori Jacobo per vene-
rabilem dominum doctorem Nicolaum de Comprowyncia pro-
curatorem generalem bonorum universitatis predicte Cracoviensis

Nomine dicte Vniuersitatis motu sponte et libere non
coactus nec quouis metu accedens compulsus pre
fatum Cingulum repositum vt supra exiuerit et
elibarat viginti quatuor predictos florenos realiter et cum
effectu huic ad festum sancti Michaelis anni domini
1519 reponere et in defectu exemptionis et xx florenorum
predictorum repositionis et solutionis in distractionem et
venditionem predicti Cingulum se submisit et consensit pre
sentibus venerabilibus et egregiis viris domino Bernar
do Nicolao de Cracovia sacre pagine doctoribus Joanne
de Nyeskowa Martinobolza de Cracovia Stanislao
preposito sancti Leonardi decretorum doctoribus Albertus de
Pyotrkow Joanne de Leopole Jacobo de Ilscha et
Martino de Coprzynicza artium magistris et Joanne
seruitore Vniuersitatis ac Jacobo de Warka studente
eiusdem Vniuersitatis Et me Andrea de Jedlna Sapiencia
seu seruitore predicte Vniuersitatis notario publico actus
presentis scriba

Tandem anno quo supra die vero veneris xxvii. 2472
Augusti Ego Andreas qui supra de mandato speciali
prefati venerabilis domini doctoris Mathie de Myechow
Rectoris Vniuersitatis predicte nomini prefatum dominum
doctorem Jacobum Grzywna vt predicte sue sub
missioni pareat realiter et cum effectu pro tempore et ter
mino supra descriptis

Anno domini 1519 die veneris xx maii instante Jo ne 1519.
Vayer bibliopola Cracoviensis Ambrosium de nova ciuitate Moraue
quod ei teneretur decem florenos monete polonicalis recognouit prefatus Ambro
sius sic ei quod teneretur sex florenos Et dominus rector decreuit quod solueret 2482
pro festo penthecostes proxime futuro reponendo predictos florenos in

885.

Die penult xbr decembr Stanislaus Scolla doctor et pr.
1518 sitor sancte Icolastice et nobilis Kazimirus molstr presens p Jo.
de Thebniz barm attrimine qd cum inhonorasset et p totam haz:
uicin diffamasset et scripto cum de utroq; thoro peccatum illic:
getur qz ad doctoratum pmotus et deiectus. et qd diffamauit se quotiens
cum puella notuam et ortum. Et actuso Jone pfato contendo
negauit omia capsentia vel hoz unqz dicte nre trinitat. pbaron aut
et testibus fuit no lite dur rector cor cathedram et de plano ad hec
amborum sententiam pulat etam Jone barg de Thebniz pmotu
dep toratu et se aliquem vel aliquos p dum doctor stanislaum diffa
vel interrogasset qd si ppt et ferum amicabile opponi et inimicit dicit
dnm doctor stao et ipso sta Icolastica fuisse reconciliatum et amicit
Cui obtento dicto dm rector dep tionem et reconciliatom admisit
ferum et beneficium immerauit. pq hr dus rector pnd nr cor vallat
et imposuit triginta uiraen vel si aliquis coram lapsu tempus vel q
quouis alio mo obloqret aut diffamaret alium vel qd absit quomodo
uiolenter et pcussionem pferet vel p sbornationem alicuius clerici
vel inuocte et hr pbarent p eum. Vlt iuramentabit soluit 30 mitos
dicta fuit hec in domo dm rectoris anno dm 1518 vltima
decembr, pntibus Jone sapientie et Victore uniuk et otto de
pilsyz inuicem socio dm rectoris et me Jone de tiyrthow
notario rectoris qui hanc actum inscripsi

## Jouis xxj aprilis

2477 1519 Joannes de pilzna scolaris uniuersitatis studij Cra
ad artes pticia pcessarie constitutus et coram me
Laberna rectorem duodecim grossos pro matricula pro ipse
et dominicali in manus procuratoris dedisse
Jone Korrolaino de Crola et Matie scholastici sub testimo
se soluturum deligauit. coram pdicto Jone
dominica et dno Maximo de Cebnik
alijs

## Sabbti xxj aprilis

2478 Venerabilis magr Jacobus Ornisz baccalarius philozophie ad
Conuentum ordinis predicatorum diffamauit et
uituperauit ordinis predicatores nimiis detestandis et
ordinis nimiis et domus studij ad vituperium
ad plenum ad ortum dnorum patronorum studij
predictorum nec se quisq; sub pena

2482

888.

anno dñi 1719 die veneris 20a mensis iustrum [illegible]

Bayer bibliopola Curie dñi Ambrosii de mora recepit quinque
q̃ ei tenebat̃ pro flore monete polonicalis. recognouit ptatum
Ambrosius se esse q̃ tenebat̃ pro flore. et dus rector decem
q̃ soluit p testo petherestor p̃ anno futuro 2po dño p̃ doctor flore
in Olomuncz apud dñum Ioannem durhan. canonicum Olomucen
et gerentem atq; pensat̃ pdictus Ambrosius. ob pena ꝛequiratur

anno domini 1719 Comitatus estiualis

die sancti xxviii Augusti. Albus ad ppos ortus pensionis
Wenceslaus Selbigerstey et Stanislaus Szyrszinsky
presse sunt se crimisasse. dominus q̃ de huiusmodi crimisationis gressus
pena quilz in clero pro gdemnatis. Quam penam de decreto solutam
fecerunt p̃ ventura. penam q̃ de pace tenenda inter plures
nunc pregare vallani.

2484

die lune 29a Augusti. Discreti Nicolai de Slupcze. ad ppos
ortus tunice mutuate decreto Sebastiano de Lozieglowy. qui qd
Sebastianus gressus est se ambulasse in tunica pducta. tam q̃
ut apparebat testimonio. dus q̃ de mutuo gressus pena decem terc
fertones minus tag pro sibi Nicolao huius ad festum sci michael
solutos sb censure cerliate.

2485

die lune. viii. mensis octobre. Joannes de Cracouia ad ppos
ortus volumen pm apparebat. michael de Warschadia gressus
et se volumen volumen q̃ intulisse. dus q̃ de gressus esse
Michaele p michelino barbitonsori dicti michael et vnam pre:
pensi ecclie Joannis de Cracouia gdemnatis. Itemq; Johannes dicti
se recepisse vadia ab eod michaele. et ingtinus ad michael mu:
nitus p honorabile dnum Gregorium vicarium ad od sctor vt
pax hmodi decreto vicem attinens. ad declarand p fa a sola
pq gressionis putabat̃ inquid Leonardo de Wisnia. et honorabili
Gregorio vicario ad ad sctor et me dicto Joanne de parczow.
Honorabilis dñs Gregorius ad ppositum ortus quinq; marc

2486

grossi pnissarum solut. Recedentibus inde Leonardus de
Wisnia negant narrata pul narrant. petent petita fier
non debr. et dat ad ptandum vel deffendend putabat̃ venerabi:
libus dnis doctore Martino Belzr. et me dicto de parczow.

# Acta acticata Coram venerabili domino Magistro Jacobo de Erczyeschow decretorum doctore Canonico Cracoviensi Anno domini 1520 Communitatione hyemali

no. 1519/20

## Veneris xvi Februarij

2488 Rendus pater dominus Rector magistrum Martinum de Schamotthuli Collegiatum maioris Collegij dominorum artistarum occasione nocturne vagationis ac inquietationis hominum ipsum in una sexagena [illegible] solvenda, eandemque infra spacium [illegible] dierum reponere mandavit presentibus venerabilibus dominis Nicolao Mykosch de Cracovia Michaele de Wratislavia sacre theologie professoribus

[illegible]

520ae

## Lune viij Maij

2490 Joannes Freywijs de Bochnya ad [illegible] honorabilis dominus Joannes [illegible] rector scolarium in Bochnya negavit narrata [illegible] narrantur [illegible] debere et dare ad probandum [illegible] venerabilis dominus Magister Sigismundus de Sthazyzka Joannes bedello et me Nicolao Mathie de Sandecz notario publico

## Mercurij nona Maij

2491 Inter venerabilem dominum Magistrum Bartholomeum rectorem Scole Sancti Stephani ex una et discretum Martinum de Colo [illegible] occasione quarundam dissonantiarum in [illegible] Martinum [illegible] decrevit quod si [illegible] Martinus [illegible] de hoc [illegible] testimonio [illegible] alienationis [illegible] rectore Scole [illegible] pena [illegible] in [illegible] dissensionis [illegible] Dominus Stanislaus Malyczki de Malisze Joannes [illegible] Joanne bedello et [illegible] Nicolao Mathie de Sandecz notario publico

occasione quarum erat alienatus

[illegible]

2492

Jovis xxvij Junij

Venerabilis dominus Magister Laurencius de Crac Collegiatus maioris Collegii emit pallium olim domini Schydlonis apud executores testamenti eiusdem domini Petrum Schydlonis pro quatuor florenos Jungk in manus domini Jacobi de Lichtenstein Canonici Crac. et Nicolai de Lopczyczyna decretorum doctorum dictos florenos agnoscentium pro festo sancti Michaelis. et quarta pro festo Circumcisionis domini se solutum obligauit presentibus famulis domini ac me Nicolao Nathim de Sandomiria clerico publico

2493

Martis xxx Septembris

Discretus Nicolaus de Wodzislaw altarista ad altare sancti Joannis in Kazimiria [illegible] absolutus fuit et ingratie remissus a vere gracie et [illegible] in stabile venerabilis [illegible] pallium redimendi et in pristinum [illegible] restituendi ordinem [illegible] presentibus venerabilibus domino Nicolao de Lopczyczyna decretorum doctore et Magistro Bernardo de Strzyzow et me Nicolao qui sup

2494

Veneris quinta octobris

Discretus Wallus de Lopczyczy altarista de sancti Nicolai in ecclesia nostra Cracouiensi ad ipsum altare per famulos domini

5296.

Veneris xxvij Nouembris

2496

Pendens per dominum Rectorem alme vniuersitatis Studii Crac[oviensis] de certo cantu super [illegible] altaris [illegible] et Joannem de Kurozwenki plebanum in Proszowa [illegible] [illegible] [illegible]

De Czersko rem expensarum complanando omnia mit casch
partes unum fortunam dare mandavit incontinenti quem quidem
fortunam prefatus albertus eidem ad acta reposuit presentibus
Joanne de Bora Joanne de Rybye Studentibus testibus
de me Nicolao Mathie de Sandecia notario publico

# Acta actuata coram venerabili et Rndo dno Joanne de Ossvyaczym Sacretheologie doctore Canonico Crac Anno dni 1521 Comutacione Estivali

2498

Canonici Crac causa Indicata per Rectorem

Convocatio in Collegio Iuridico

Die Saturni prima mensis Junij Rndus dns
Joannes de Ossvyxczym Sacretheologie professor
Canonicus ac Rector universitatis Crac per Con-
vocacionem certis cum doctoribus et Mgris totam uni-
versitatem representantibus in Collegio dnorum Cano-
nistarum congregatus, super nonnulla controversia
inter venerabiles viros dnos Jacobum de Erzeschow
Canonicum Crac ex una et Gregorium de Schamotuli
Juris Canonici doctores protunc ad ordinariam de se-
nioratu burse Canonistarum vocatum racione habitacionis
in Collegio dnorum Canonistarum sibi per ipsum dnum
doctorem Jacobum de Erzeschow pollicite partibus
ex altera unanimi consensu omnium ibidem congregato-
rum decrevit et conclusit, quod memoratus dns doctor
Gregorius de Schamotuli debet feria secunda pro-
xima bursam evacuare, et habitacionem venerabilis
dni Joannis Nyeszkowite Juris Canonici doctoris que
sibi per ascensum cessit et quam olim venerabilis
dns Joannes de Skavyna similiter Juris Canonici
doctor per longos annos inhabitabat suscipere
ad usum suum tantum, et dns doctor Joannes Nyesz-
kowita habitacionem dni doctoris Jacobi de Erzeschow

memorati similiter acceptare. Casu vero quo
dns doctor Jacobus de Erzeschow memoratus
Canonicatu suo, et prebenda Cracovien. quam nunc
possidet privaretur propter intentacionem litis prout
fertur et speratur occasione eiusdem prebende
ubi unum et de domo Canonicali cedere oporteret
tunc idem supranominatus dns doctor Jacobus
de Erzeschow ad habitacionem suam de qua nunc
condescendit regressum habebit et perconsequens
omnes alij domini doctores memorati suas ha-
bitaciones quas antea possidebant et eis specta-
bant acceptabunt et ad illas revertentur Sal-
vo Jure ascensu opcione uniuscuiusque dni
inhabitatoris

## Saturni xv Junij

2560

Magistri Ambrosij ~~Joannis~~ de Solemowo ad proposicionem
Rectoris Scolaris ad Sanctam Annam in et contra
in et contra discretos Laurencium Nosalowicz et
Joannem filium Wladice de Cazimiria occasione
libelli infamatorij contra ipsum dominum Magistrum
Ambrosium applicati et extensi in pariete et occa-
sione proiectionis lapidis in fenestram habitacionis
sue dns Vicerector auditis hincinde allegatis
et responsis ubi ipsi rei negaverunt narrata
prout narratur in defectu probacionis decrevit
die lune proxima per ipsos reos Juramentum
prestari, quod ipsi libellum infamatorium non scripse-
runt neque de illo quidquam sciunt neque per alium scribi
aut extendi subordinaverunt et quod in fenestram
habitacionis dni Magri Ambrosij lapidem non pro-
iecerunt. Et incontinenti dni Laurencius Nosalowicz
et Joannes Wladice detulerunt Juramento dni
Magri per modum reconvencionis quod ipse solus
hunc libellum non subordinavit et non procuravit
ipsos calumniose inculpando qui se obtulit presta-
re proxima die lune presentibus servitoribus
universitatis Et ibidem dns penam centum florenorum

893. de habenda pace inter ipsas partes usque ad decisionem
litis vallavit

## Lune xvij Junij

2501 Joannes de Cracovia bedellus retulit se citasse discretos
Laurencium Nosalovicz et Joannem Vladice de Cazimi-
ria ad instantiam Magistri Ambrosij de Bolomovo
ad prestandum juramentum eis judicialiter delatum ad hodie-
nam diem.

Laurencius Nosalovicz et Joannes Vladice de Cazimi-
ria ultra horam audiencie diuicij expectati ad instan-
tiam Magistri Ambrosij pronunciantur contumaces

(es non prestacionem juramenti delatorij)

## Martis xviij Junij

2502 Venerabilis dominus Ambrosius de Bolomovo arcium Magister
satisfaciendo termino hesterno ad hodie propter contu-
maciam reorum non comparencium ~~[illegible]~~ per dominum
Vicerectorem contumacia prestitit juramentum in forma
sibi per partem adversam delatum quod libellum infa-
matorium contra se in preiudicium partis adverse non sub-
ministravit neque confecit neque applicavit per se vel per
alium quodque de ipso taliter ut scribitur nichil scivit
presentibus ibidem Joanne servitore universitatis et ceteris
familiaribus domini Vicerectoris Et me Stanislao de
Cracovia publico Notario

## Die Veneris xiiij Junij

2499 Discretus Martinus de Caphna seu de Lytgvama
recognovit et per expressum fassus est se teneri et
debere discreto paulo de Wylkomeria florenos
numeri polonicalis quos se obligavit solvere
et quindenam sub censis ecclesiasticis presentibus Joanne
Bedello, Andrea et Nicolao de Lytgvama

## Die Mercurij tercia Julij

2503 Dominus Rector domino paulo de Plonka arcium bacchalario
dabit et inhibuit ut ad Civibus de Jlkusch [illegible]
nem judicialem coram domino Conservatore habeat sed ad dominum
Rectorem se ad eis die proxima veneris conferat qui
sibi ipsum diem prefixit sub pena unij sexagenarij
presentibus ut in actis

2504

# Die Saturni XIII Julij

~~457~~ 894.

Venerabilis dni Gregorij Juris Canonici doctoris ~~et actoris~~
et honorabilis dni Mathie de Dzezarthowo occasione
iniuriarum verbalium Laicus in productis causae
descriptarum in causa dns vicerector unacum
dnis Consiliarijs ad hoc per dominum Rectorem
delegatis iuxta exigentiam termini hodierni ad
videndum et audiendum sententiam ferri inter ipsas
partes tentaverunt concordiam inter ipsas partes.
Ubi vero concordia subsequi non potuit dns
Mathias reus petivit dicta testium publicari et
copias ipsarum terminumque dicendi contra, et obtinuit
ad secundam Juris. Alias ad feriam quintam proxi-
mam. Ibique recusavit venerabilem dominum Nicolaum
de Coprzywnicza esse sibi Judicem verbo excipiendo
et dni decreverunt in scriptis esse excipiendum et ad
ulteriora procedendum partibus ut in actis

# Die Saturni XX Julij

2505

discretus Laurencius de Kazimiria Artium baccalarius
protunc apud dominum doctorem petrum de Obornyki
serviens veniens ad acta presentia recognovit
et per expressum fassus est se teneri et debere
quindecim ℞ pecuniarum certi debiti et grossum
argenteum honeste in celario sub lapidea
dni Joannis Medik in platea visliciensi morantis
quem grossum argenteum iuxta taxationem bonorum ho-
minum quem ut dicebat non habet, et grossos qui-
decim infra hinc et quindenam eidem se solu-
turum obligavit sub censuris Ecclesiasticis presentis fami-
lia dni et Joanne universitatis servo

## Die Mercurij xxvm Augusti

2506 II

Discretus vir[us] de Wyskowicza alias Discretus Martinus de Capkna studenti[us] tunc[us] recepto ab eo vno florenor[um] alias o[rdi]nis ipsum ad summam baptor[um] florenor[um] in artib[us] obligatorum infra hinc et festum S. Galli in absencia[m] rob[er]ti et vltra venia absolvendus patribus seruitis dni et vniuersitat[is]

## Die Martis x Septembr

2507 II

Discretus Albertus Lazsk de Lithwania ex Petra Petri moraus matriculatus ad artes prius nobilitatem recepit et pro expensis tunc[is] vel debet Discretus vir[us] petrus de Leopoli hinc[is] duos florenos pro medio brevitate vnius debiti quos soluend[os] se obligauit infra hinc et festum Sancti Martini proxime tunc sub pena Excommunicationis et tabule in ecclesia pat[er] Conuentus domus predicatorum nisam Ecclesie Cracou ex nonnullis patribus et in artib[us]

Acta actitata coram venerabili et religioso viro domino Stanislao Byel sacre theologie et canonico Cracouien[si] Anno dom[ini] 1471 [illegible] mutatione hyemali

## Die Martis xij nouembris

2589 II

Renerendus pr[ae]d[ictus] Rector Andreas Stan[islaus] Hozyatko de Andrea de Zythno Cracou[ien]sis et Nicolaus Creacz et tres collegi[ales] reuisione [illegible] de [illegible] ad collegium [illegible] [illegible] [illegible]

## Die Jovis xiiij novembris

Reverendus dominus Rector in causa discreti cuiusdam scolaris Simonis de Pyerwnyova actoris et Alexij de Radzychovo ex altera parte citati per dictum Simonem de ~~Radz~~ Pyerwnyova decrevit dictum Alexium de Radzychovo solvere debere xiiij gr. rationem debiti dicto Simoni scolari infra hinc et ~~quidem~~ octavam vna presentibus magistro Michaele de Leopoli et servis domini etc.

## Die Veneris xx decembris

2511

Reverendus pater dominus Rector in causa providi domini Stanislai Colaczek de Clepasz actoris et discreti pauli Szmyethanka ex altera parte citati per dictum Stanislaum de Clepasz decrevit ~~et inter~~ parti vni puta actori ad probandum super ea que proposuit contra dictum paulum Szmyethanka studentem interposuitque inter partes utramque penam vallatam xx marcarum ut si aliquis eorum quomodo modo obloqueretur aut diffamaret alium vel quod absit comminaretur vindicta vel percussionem per se vel per subordinationem aliorum directe vel indirecte et hoc probaretur contra eum talis irremissibile solveret xx marcas presentibus servo universitatis andrea sapientia et me Caspar de nova civitate artium baccalario presentis actus scriba

## Die Saturni xxviij decembris

2512

Discretus Joachim de Lomberga, per tunc baccalariandus, constitutus personaliter coram domino Rectore ad acta ~~reg~~ recognovit et per expressum fassus est se mutuo accipere librum plinij in valore duorum florenorum a domino Joanne Dantisco vnacum xvj gr. ab eodem mutuo acceptis quem quidem librum vnacum xvj gr. se redditurum ~~se~~ obligavit infra hinc et carnisprivium proxime venturum sub censuris ecclesiasticis et statuti ibidem monitus est per sapientiam servum universitatis presentibus domino magistro Jacobo de Clepasz pro tunc artium decano ceterisque aliis ut in actis

Anno domini 1522

Die Saturni iiij Januarij

2573 Constitutus ingeniosus Nicolaus Jaszkmaniczkij Studens
Vniuersitatis nre sponte et libe submisit se ad acta pnciale
iuxta decretum dni Rectoris et suorum Consiliariorum in pena
x marcarum ubi et inquantum aliqn contentiosos seditiosos aut
factiosos aliquas concitaret vel inchoaret. non requisito in
dicio senioris burse in qua habitat vel etiam Rectoris pntibus
Vt in actis

Die Martis vij Januarij

2574 Nobilis Caspar Szczepyeczkij Studens nre Vniuersitatis
Citatus est ad terminum hodiernum per Sapientiam Serenissimi nre
Vniuersitatis ad instantiam Ingeniosi Stanislai Vyle
de Leopoli Studentis nre Vniuersitatis. pntibus Comparen
tibus domino audita ppon Ingeniosi Stanislai Vyle
contra pdictum Szczepyeczkij terminum per pa iuris ad de
scribendum distulit ubi et pmemoratus Szczepyeczkij iuris
dictionem non contradixit pntibus magro martino de
Szchamotuli et familia dni Rectoris Vt in actis

Die Saturni xj Januarij

2575 Nobilis Caspar Szczepyeczkij iuxta exigentiam terminum
ad rndendum eidem limitati coram dno comparando al
legauit copiam libelli ptis aduerse contra eundem pdictum
de tpe non posse hre petenti per dominum sibi dari ter
minum ulteriorem alias pmam iuris pximam dns
de consensu ptis aduerse pfixit et ibidem rndere mandat
pntibus familia dni Rectoris et me Caspar de nouarmonte notario publico

2516 ~~459~~ 898.

Die lune xiij Januarij

Dominus Alexius Szoszna vicarius perpetuus in Ecclesia collegiata sancti floriani in Cleparz constitutus personaliter retulit se citasse dominum Jacobum vicarium perpetuum in eadem Ecclesia collegiata sancti floriani ad hodie per hora xxj ad instantiam decani et totius capituli sancti floriani acta sunt hec die quo et anno quo supra presentibus ~~[illegible]~~ domino Alexio de Cleparz et me Casparo de nonacuntate notario publico

2517

Die mercurij xxij Januarij

Constitutus personaliter ingeniosus vittus de brunna ex una parte et Jacobus de Clommuz ex altera recognoverunt et sponte confessi sunt se munisse concordia et amicabiliter compositum de et super quibusdam muriis vallibus famam tam et honestatem tangentibus eo modo et hac via quod ipse vittus sponte confessus est se aliqua dixisse contra Jacobum premeoratum motus calore iracundie et non animo muriandi vel infamandi que et iudicialiter revocavit ipsumque Jacobum clarificans ac iustificans dixit esse adolescentem probum et bene conservatum nihilque muriae et infamie in eum ferendum acta sunt hec presentibus ibidem domino benedicto psitaco de Cracovia et bartholomeo de pylcza ceterisque fide dignis et me notario publico et hoc loco et tempore quo supra

Die Mercurij xxij Januarij

2518 Dominus attenta discordia pro pena de securitate et non diffamationis inter dictas partes vallavit do marcas inter prefatos Stanislaum Vylczek et Caspar Sczepyeczkij acta sunt hec loco et tempore quo supra presentibus familia domini Rectoris quarum quidem do marcarum una pars cedet domino Judici et altera parti tenenti

Die Jovis xxiij Januarij

2519 Stanislai Vylczek ad propositionem seu libellum articulatum in scriptis productum et nobilis Caspar Sczepyeczkij ad propositionem quaestionalem cuiuslibet agendo non autem criminalem occasione receptionis subducte Marduree valoris xxij florenorum Latinorum in scriptis producende tempore et loco opportunis fiendis prefati Casp Sczepyeczkij ad quaestionalem et Stanislaus Vylczek ad requaestionales principales respective hinc inde unus ad alterius propositionem negarunt narrata prout narrantur petentes petita fieri non debere et datur ad probandum quo vero ad statuitionem fideiussorum dominus eundem tempus continuavit ad prima Juris

Die Mercurij xxix Januarij

2520 Reverendus pater dominus Rector in causa discreti Andree de Vinyastow et Valentini de Czeczorkij et felicis Karnowszkij studentum interposuit pena vallata xx marcarum ut si aliquis eorum quovis modo alium

verbis nitibus vel factis, ~~[illegible]~~ irritaret invaderet aut lederet tal
Ut composite in amicicia vel pace viveret sub pena
eadem que quidem marce p una pte cedent indicaret
altera vero pti tenenti eandem penam vallatam acta
sunt hec loco et tpe quo supra pntibus andrea
Sapiencia servo universitatis familiaqz dni et me
Caspar notario publico

irre missibiliter solve xx marcas Idem dominus decrevit

2521

## Die veneris xiiij februarij

Constitutus psonalr ad acta magr Simon de Schamotuli
Recognovit et spente fassus est se anno dni 1521 acce
pisse tres marcas p decima de anno dni 1521 spectante ad
huiusmodi decima ad magrum vel Rectore scole omnium San
ctorum in cracovia Et hac decimam accepit predictus magr
p festo sti Jacobi tpe messis in recessu suo de dicto
Regimine scole omnium sctorum quam quidem decimam dicebat
spectare ad magrum illum qui perseverat in dicto regime
in recessu vero huiusmodi Rectoris dicebat si talis magr
recedit a festo sti Jacobi tpe messis ad eundem recedentem pertinere debere
acta sunt die quo supra pntibus dno magro Gabriel
de Cracovia familia dni Rectoris et me Caspar
de Novacivitate notario publico

Xma Spectans Seniori Schola ll. Obr.

2522

## Die martis xxv februarij

Ipso nobilis dns Joannes Vicarius perpetuus ~~de Crac~~
ad Sctum Florianum extra muros Crac. retulit se citasse
famatum Andream Sapiam civem Crac. ad instantiam Joannis
Sapiam ut et tanquam instigatorem domini rectoris ad prohibendum
testimonium Joachim Cuccum ex una et dnum rectorem
[illegible] instigatorem partibus ex altera ad dandum aliquid
[illegible] si qua velit tibi [illegible] in scriptis dare terminum
[illegible] dno sexta [illegible] hora [illegible] in andrea
assignandum pntibus familia dni

Die Jovis xxvij februarij

2523 Dominus Rector in causa sui instigatoris Joannis Sapyaczki et Joachimi baccalarij artium ex altera partibus terminum ad proferendam sententiam differt ad diem sabbati proxima presentibus familia domini et me Caspar actus presentis scriba

Die Saturni xxix februarij

2524 Constitutus personaliter Joachim de Lomberga ad acta compromissorum non coactus sponte et libere protestatus est se nolle insequi veneniferam opinionem Luteri palenodiam concedendam dicta in domo Andree Sapye sub pena excommunicationis presentibus per dominum Michaele Vratislavita facere pagine professore familiaque domini Rectoris et me Caspar presentis actus scriba

Die Lune .x. j Marcij

2525 Reverendus pater dominus Rector audita propositione venerabilis Magistri Joannis de Pyotrkow senioris bursae philosophorum et Alberti Pakoslawskij tanquam actorum et tanquam rusticorum honorabilis domini Stanislai de Cracovia artium baccalarij ex adverso tanquam rei facta inter eos ante omnia amicabili compositione etiam per stipulationem manuum interposuit penam vallatam hinc inde centum florenorum ob hoc et hac ratione ut nullus eorum vel mutu suggestione vel subministratione audeat alium infestare molestare vel etiam infamare Que pena cedet media pars domino Rectori Reliqua vero parti tenenti presentibus familia domini Rectoris et me Caspar de novacivitate notario publico

## Die martis xviij marcij 2526 ~~461~~ 902.

Venerabilis magister Simon de Schoxmothuli quondam Rector Schole ad omnes sanctos in Cracovia libere et sponte submisit se in solucionem unius marce pro festo pasche domino magistro Andree de Cracovia collegiato maioris collegij Rationem testamenti olim magistri Nathie de Cleczow Rectoris schole predicte omnium sanctorum presentibus magistro Nicolao de Thulyszkow familiaque domini Rectoris et me Caspar de nova Civitate notario publico

Ratione Xma Senioris Scholae s. in Olm

## Die Iovis xx marcij 2527

Reverendus pater in causa domine Katherine Marczij nova sartorissa de platea sancti Ioannis ex una tanquam actoris et Ioannis Carwowszkij studentis ex altera partibus differt terminum ad feriam sextam hora xxj ~~post~~ ad discutiendum causam presentibus familia domini Rectoris et me Caspar de nova Civitate notario publico

## Die veneris xxviij marcij 2528

famatus dominus Florianus impressor librorum in Cracovia citato magistro Stanislao de Lowicz seniore burse Trium proposuit contra eundem magistrum quod ei non soluit unum florenum pro materijs sibi venditis Dominus autem Rector auditis propositis et rursus ex consensu prefati domini Floriani terminum solucionis prefato magistro infra hinc et festum sancti Stanislai post festum pasche alias in maijo celebrandum prorogavit presentibus familia domini Rectoris et me Caspar presentis actus scriba

903.

## Die Martis prima Aprilis

2529 Constitutus personaliter dominus magister Alexius Dantiscus ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere unum florenum per 30 gr una et unum gr cum medio domino Gabrieli almano negociatori Civi Cracoviensi in platea sancte Anne moranti quem quidem florenum cum uno gr et medio obligavit se solutum infra hinc et unam quindenam sub censuris Ecclesiasticis Et ibidem incontinenti per Joannem servum universitatis vocatum Sapientiam monitus est presentibus familia domini Rectoris Et me Caspar presentis actus scriba

Dictus magister

## Die Martis viij Aprilis

2530 Constitutus personaliter Daniel de Przasnysz studens universitatis Cracoviensis morans in collegio maiori apud dominum magistrum Nicolaum de Chulyszkow ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere xxiiij gr et cultrum in valore xij grossorum ~~florenorum~~ Nicolao Chelchowszky de Chelchow studenti morati per bursam Trilium apud Zophiam Quos quidem xxiiij gr et cultrum dominus Rector decrevit dictum Danielem solvere debere dicto Nicolao infra hinc et unam octavam sub censuris Ecclesiasticis Et ibidem incontinenti monitus est pro eisdem per me Caspar notarium publicum presentibus familia domini Rectoris

## Die Lune xij maij

2532 Constitutus personaliter discretus Nicolaus de Kowno studens universitatis nostre ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere discreto Alberto de Ekszyszky eius studenti universitatis nostre vij gr Quos se solvere obligavit infra hinc et festum penthecostes sub censuris Ecclesiasticis presentibus familia domini Et

## Die xxiiij Maij

2533

Magister Jacobus iudicialis citatus coram domino Rectore ad instantiam magistri Martini de Lyeszenszko pro certa debito quinque florenorum quem et fassus est se esse obligatum et promisit se solutum infra hinc et unam quindenam sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Rectoris et me Caspar presentis actus scriba

## Saturni Die ultima Maij

2534

Constitutus personaliter Melchior de Gora studens universitatis nostre ad acta recognovit et per expressum fassus est se tenere et debere xlij gr. domino Nicolao Italo Lapicide Regie magestatis moranti in platea fratrum pro censu rationis habitationis quam habuit apud eundem Nicolaum Italum per medium annum quos quidem xlij gr. obligavit se dictus Melchior solutum dicto domino Nicolao infra hinc et unam quindenam sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Rectoris et me Caspar presentis actus scriba

## Die Lune secunda Junij

2535

Constitutus personaliter magister Alexius de Gdano ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere xiij florenos certi debiti honorabili Martino de Sandomiria actu presbytero quos quidem xiij florenos monete polonicalis obligavit se dicto domino Martino solutum infra hinc et unam quindenam sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Rectoris et Joanne universitatis servo et me Caspar presentis actus scriba

## Die Jovis v Junij

2536 Constitutus personaliter magister Jacobus de Ilsza collegiatus maioris Collegij ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere magistro Martino de Leszenszko Collegiato maioris Collegij sex marcas cum xxvij gr. rationis debiti quas quidem sex marcas cum xxvij gr. prefatus dominus magister Jacobus Ilsza obligavit se dicto domino Magistro Martino de Leszenszko solvere infra hinc et unum mensem sub censuris ecclesiasticis presentibus domino magistro Martino de Cracovia Arcium decano et familia domini etc. Magister vero Martinus de Leszenszko submisit se ponere evictorem de quodam equo rationis cuius lis fuit sibi intentata coram domino.

2537 Dominus hodiernum terminum in causa domus maioris Collegij ex una et magistrum Matheum de Schamptuli Collegiati minoris Collegij ex altera partibus prorogavit ad feriam quintam proximam alias post festa penthecostes presentibus familia domini Rectoris

## Die Jovis xiij Junij

2538 Constitutus personaliter discretus Martinus de Falkij studens nostre universitatis ad acta recognovit et per expressum fassus est se teneri et debere ix gr. discreto Andree Crassowszkij eciam studenti nostre universitati quos quidem ix gr. sponte et libere se submisit solvturum dicto Andree infra hinc et sex septimanas sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini etc.

2539

## Die Jovis v Junij

Magister Matheus de Schamothuli Collegiatus minoris Collegij iuxta exigentiam termini ad respondendum eidem limitati coram domino comparendo allegavit copiam libelli partis adverse contra eum producti de tempore non posse habere petenti per dominum sibi dari terminum ulteriorem alias prima iuris proxima dominus ex decreto prefixit et ibidem eundem mandavit presentibus familia domini

2540

## Die Veneris xiij Junij

Constitutus personaliter discretus Joannes Karwoszkij studens universitatis nostre ad acta iniens primo concordiam cum discreto Leonardo Kownarzkij rationem cuiusdam lesionis quam dictus Joannes Karwoszkij intulit prefato Leonardo et hoc per medium domini Rectorem obligavit se prememorato Leonardo dare x gr rationem satisfactionis in crastino solutorum sub censuris ecclesiasticis quas prius incurrit rationem contumacie. Dominus quoque nihilominus inter eos penam x marcarum vallavit et interposuit ut si aliquis eorum lapsu lingue vel quovis alio modo obloqueretur aut diffamaret alium vel quod absit comminaretur vindicta et percussione per se vel per subordinationem aliorum hic Cracovie vel in patria aut quocumque alio loco directe vel indirecte et hoc probaretur contra eum talis irremissibiliter solveret decem marcas medium Rectori alias universitati et alteram medietatem parti tenenti concordiam presentibus familia domini Et me Caspar de Novacuitate notario publico

2541

## Die Veneris xx Junij

Constitutus personaliter discretus Nicolaus de Glogovia studens universitatis nostre ad acta recognovit et per expressum fassus se tenere et debere duos florenos per 30 gr unum polonicalis una cum tribus gr domino

Nicolao, Lapicide Regie Magestatis, de Italia; Quos quidem
duos florenos una cum tribus gr. obligavit se solutum dicto
Nicolao Italo infra hinc et una quindena sub censuris
Ecclesiasticis presentibus familia dni. Et me Caspar presentis
actus scriba

2543 //

## Die Jovis iij Julij

Venerabilis magr mathias de Schamothulin collegiatus
minoris Collegij monitus est per sapientiam ferium uni-
versitatis pro pena x marcarum iuxta statuta universi-
tatis quam reponere debet infra unam diem naturalem
sub pena dupli rationis non acceptationis per eundem
dominum magrum Iurisdictionis dni Rectoris, presentibus
honorabili dno Joanne de Crosna vicario perpetuo
in Ecclesia Kathedrali Cracoviensi familiaque dni
Et me Caspar de Novacuitate notario publico

2542 //

## Die Saturni xxviij Junij

Dominus Rector exauditis querelis propositionibus discepta-
tionibus et altercationibus inter providum Joannem
medyk Civem Cracoviensem ex una instante Et hono-
rabilem Nicolaum actu sacerdotem de ungaria
moram gerentem pro tunc in bursa ungarorum partibus
ab altera, de quibusdam iniurijs ex quibusdam
cedulis quas prememoratus Joannes medyk applica-
bat ad valvas burse ungarorum et capelle unga-
rorum in Ecclesia sancti francisci, ac valvas aliarum
Ecclesiarum contra quosdam ungaros quos ipse
Joannes rationem debiti auctoritate dni Thome Ross
novosky officialis Cracoviensis omni genere excommunicationis
excommunicabat. Ipse autem dnus Nicolaus predictus eas
cartas ~~de~~ seu cedulas de predictis valvis
precipue burse ungarorum valvis et capelle eorundem
ad sanctum franciscum, carpebat et lacerabat, Ita
finaliter conclusit et prohibuit dictis partibus ~~[illegible]~~

sub pena vallata xxx. marcarum pecuniarum quibus mo
nete polonicalis ne vero prudens Joannes medyk
de cetero huiusmodi cedulas saltim ad bursam ungaro
rum et capellam predicta eorundem applicet, nec
amplius predictum nicolaum ungarum cum ceteris dominis
ungaris sibi in hoc negocio innocentibus diffamare
audeat, honorabilis vero nicolaus premeditatus sub eadem
pena ne amplius huiusmodi cedulas seu cartas de hostiis
seu parietibus deponere ac lacerare presumat. quod si secus
inventum fuerit extunc pro quo excesserit domino Rectori pro
pena solvet dicta pena vallata xxx marcas que quidem
pena medietas cedet domino Rectori altera vero parti tenenti
Acta sunt hec anno die mense quo supra presentibus venerabili
magistro Andreae de Craconia Collegiato maioris Collegii
familiaque domini et me Caspar presentis actus scriba

Die Saturni v. Julij

2544

Venerabilis dominorum prepositi domus maioris Collegii Craconiensis
magistri nicolai de Chulyszkow. Ceterorumque doctorum ac magistrorum
ac totius communitatis eiusdem domus ad instanciam
venerabilis magistri Mathei de Schxmothulij Collegiatum
minoris Collegii, ad domum Rectorem pro eadem die citatum
per certum servum universitatis ad Respondendum libello
maiorem dominum per prefata communitate Collegii maioris producto
et per dominum Rectorem per sinam interlocutoria admisso
tanquam non comparentem nec per se nec per alium dominus
instante parte pronunciavit continuare presentibus
familiae domini et me Caspar de nova civitate notario domini

Die Martis viij Julij

2545

Venerabilis magister martinus de Leszczyszko Collegiatus maioris
Collegii Craconiensis, posuit prudentem dominum Michaelem
Bogacz Civem Craconiensem, in Evictorem coram domino Rectore
venerabili magistro Jacobo de Ilsza Collegiato eiusdem Collegii
in eius absencia coram domino de quodam equo rom
cum prefato magistro martino lis fuit per dictum magistrum
Jacobum de Ilsza intentata, qui quidem Evictor se
obligavit satisfacere dicto magistro Jacobo pro equo
presentibus familia domini

## Ultima Julij

2546 Constitutus personaliter magister Alexius de Bdano tanquam citatus a magistro Nicolao Sokolnickij recognovit se recepisse tunicam viaticam in valore quatuor florenorum et eam sibi non restituisse. ab eo velle tamen sibi restituere in decursu unius octave sub censuris ecclesiasticis.

## Die Martis v augusti

2547 Venerabilis magister Ambrosius de Solemow Rector scholae sancte Anne in Cracovia iuxta exigentiam termini comparens ob rationem itineris quod arripere debuit, petivit per dominum Rectorem sibi dari terminum ulteriorem alias primam iuris post festum assumptionis beate virginis proximam ad audiendam sententiam proferendam per dominum in causa ventilante inter dictum magistrum Ambrosium et quendam Stanislaum studentem. Et dominus ex decreto prefixit et ibidem parere mandavit presentibus familia domini

## Die Martis xij augusti

2548 Venerabilis magister Magister Martinus de Cracovia Collegiati minoris Collegij ac decani facultatis artistice et venerabilis magister Stanislai de Vyelopole Collegiati maioris Collegij ex parte totius facultatis artistice ad propositionem contra discretum Mathiam Konczowskij studentem universitatis nostre occasione cuiusdam levitatis ut fertur illate per dictum Mathiam, toti facultati artistice ac potius universitati in loco publico in lectoris Theologorum circa celebrationem actus baccalariorum et discretus Mathias prefatus personaliter comparendo animo litem legitime contestandi negavit narrata prout narrantur, et datur ad probandum ad primam iuris post festum assumptionis beate Marie virginis presentibus familia domini

Die Saturni ~~xij~~ augusti xvj

Dominus Rector in causa magistri Martini arcium decani et honorabilem Mathiam Conazzonoszkij ex decreto consiliorum sibi assistentium decrevit honorabili Mathie predicto copias libelli easque petentis dandas, eundemque cogit ~~eisdem~~ copiis habitis prima iuris alias feria tercia hora solita responderi, presentibus consiliariis dominis et me Caspar notario publico.

Die Saturni xvj augusti 2550

Dominus Rector in causa magistri Ambrosij Rectoris scholae sancte Anne ex una et Stanislai de Cracovia ex altera partibus continuavit ad feriam iuris terminum alias ad feriam quintam limitando et assignando eisdem certum ~~dies~~ ~~tempus~~ diem et horam alias feria quarta hora xj ob spem concordie inemde per locacionem arbitrium ita tamen quod unus alium non querat ~~altera~~ presentibus familia domini

Die Eadem eiusdem mensis augusti 2551

Providus dominus Joannes Medyk cuius Cracoviensis citato venerabili magistro Petro Ungaro quondam seniore burse Ungarorum ad hodiernum terminum proposuit contra eundem quoddam debitum quod sibi tenebatur nondumque eidem satisfecit pro eodem. Item proposuit contra eundem quo quodam tempore per quibusdam Ungaris ~~prefatus~~ debitoribus predicti Joannis instantis prefatus magister fideiussit promittens dictus magister prefato Joanni dicens domine Joannes ego promitto quod non damnificaberis ab hijs Ungaris nam ipsi tibi omnimoda facient solucionem

Dominus autem magister petrus predictus quantum ad primum
fassus est se tenere domino Joanni tres florenos rem
debiti. Quantum autem ad secundum negavit se fideiussisse
pro debitoribus suis ~~domino~~ per dominum autem datur
eisdem ad probandum pena iuris alias feria secunda
In deffectu autem probationum defertur iuramento domini
magistri petri prefati ibidem pena iuris presentibus
Consiliariis domini Et me Caspar notario publico

## Die Mercurii xx augusti

2552

Venerabilis magister petrus de varadyno consti
tutus personaliter ad acta domini Rectoris sponte et
libera voluntate submisit se in solucionem quattuor
florenorum pro domino Joanni medyk Civi Cra
coniensi Et ibidem eidem quattuor eosdem florenos
soluit Item dominus magister prefatus ibidem non co
actus sed sponte bene deliberatus submisit se pro
ceteris debitoribus dominis vngaris fol domino Jo
anni prefato ad eos sepissime scribere se velle
admonendo eosdem ut eundem dominum Joannem
medyk soluant et ultra hoc pollicitus est apponere
omnem diligenciam super hoc negocio non tamen fideiussorem
ponendo ~~Die veneris~~ pro eis presentibus familia domini

## Die Jovis xxi augusti

2553

Venerabilis domini magistri martini de Cracovia facultatis
artium decani nec non communitatis artium baccala
riorum in universitate Cracoviensi residentium occasione
cuiusdam insolencie aci dehonestacionis actus

publici quodam die dominico certo per artium Baccalarios celebrato, Levitateque non mediocri dictis Baccalariis nec non toti facultati artistice per quendam Mathiam Konaszowskij studentem Cracoviensem factam proterve et ignominiose, Dominus Rector unacum Consiliariis et Decanis omnium facultatum accepto per prius super premissis sufficienti testimonio dicto Mathie Konaszowskij ante omnia ut dictos Baccalarios verbis deprecatoriis sibi reconciliaret mandavit, quodque prefatus Mathias ibidem fecit, Insuper dictum Mathiam Konaszowskij propter huiusmodi insolencias et dehonestaciones per eum factas, Laciusque in processu cause deductas in .x. marcis pecuniarum ad formam Statuti Universitatis condempnavit, Condempnatumque ad reponendum dicte Universitati circa Rectorem cogit et compellit infra hinc et unum mensem Et incontinenti monitus est per certum executorem ut prefatas .x. marcas infra tempus sibi prefixum in manus dicti Rectoris realiter et cum effectu reponeret presentibus dominis Consiliariis Rectoris Decanis omnium facultatum Et me Caspar de nova Civitate notario publico

2854

Die Saturni xxiij augusti

Constitutus personaliter venerabilis magister Alexius de Gdano tanquam citatus a domina Katherina Melcherowa Cive Cracoviensi, Recognovit se recepisse quattuor Cochlearia argentea mutuo a prefata domina Katherina Melcherowa Et eadem sibi non restituisse, obligavit tamen se ad acta sibi velle restituere in decursu unius octave Et ibidem incontinenti monitus est per certum executorem nostrum Ioannem Sapiya fermum universitatis per eisdem presentibus familia domini Eccl

255

## Die Iovis v Septembris

Venerabilis magister Alexius de Gdano constitutus personaliter ad acta universitatis recognovit et per expressum fassus est se tenere et debere ix florenos, rationem certi debiti et quorundam librorum per venerabili magistro Erasmo de Craconia quos quidem ix florenos monete polonicalis per 50 gr. quemlibet computando obligatus est se prefatus magister Alexius predicto magistro Erasmo solutorum infra hinc et festum pasche sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Rectoris Et me Caspar de Nova Civitate presentis actus scriba

256

## Die Martis x Septembris

Discretus Ioannes de Wratislavia organista sancti Stephani in Craconia constitutus personaliter ad acta universitatis recognovit et per expressum fassus est se tenere et debere rationem debiti xl gr. pro nudo domino Ioanni de Craconia servo universitatis Craconiensis quos quidem xl gr. obligavit se prefatus Ioannes de Wratislavia predicto Ioanni servo universitatis solutorum infra hinc et festum sancti Michaelis sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Et me Caspar notario publico

257

## Die Veneris xiij Septembris

Discreti Ieronimi de Craconia artium baccalarii ad propositionem contra venerabilem magistrum Alexium de Gdano occasione cuiusdam tunice in mutuum date prefato magistro Alexio a parte instante eandem partem instantem allegantem sibi predicta tunica lacerata fuisse itaque petente parte adversa condempnari in solutionem predicte tunice parti instanti Et venerabilis magister Alexius allegavit prefatam non sic nimis lacerata ut dicebatur Dominus autem decrevit locare arbitros ob spem concordie in eundem infra hinc et feriam secundam proximam in defectu vero concordie ibidem feria secunda comparebunt presentibus familia domini Et me Caspar notario publico

~~Die Saturni xiiij Septembris~~ 2858 ~~467~~ 914.

Sententia inter venerabilem magistrum Nicolaum de Thu-
lyszkow et omnes magistros facultatis artistice per dominum
Rectorem die xvij septembris prolata in hec verba
Xpi nomine invocato et solum deum preoculis habentes
in causa et causis motis et ventilatis, inter venerabiles
dominos, magistrum Nicolaum de Thulyszkow ex una, et magistrum
Martinum Cerdonis de Cracovia, facultatis artistice deca-
num, seu totam facultatem artisticam partibus ab altera
de consensu ac consilio dominorum doctorum, decanorumque,
et consiliariorum nostrorum, dicimus, decernimus, pronun-
ciamus, ac declaramus, dictum magistrum Martinum Cer-
donis de Cracovia, cum tota facultate artistica, seu ipsos
magistros actu regentes, iure et iuste non potuisse nec
debuisse iuxta statutum eiusdem facultatis, magistrum
Nicolaum de Thulyszkow privare aut destituere sorte
divisionis in facultate artistica fieri solite, pro preterita co-
mutacione hyemali anni domini millesimi quingentesimi vice-
simi primi, cum ex probacionibus et testimoniis veridicis comperta
sit, ipsum magistrum Nicolaum de Thulyszkow per se actu labo-
rasse et tempus serviens pro consequenda et percipienda sorte
Vniuersitat Crac. Et me Caspar de Nouacuitate Notario etc.

Die Saturni undecima Julij

Lecte et late est infrascripte sententie per dominum Rectorem contra honorabilem dominum Magistrum Nicolaum Sokolnicki ad hoc legitime citatum et in presentia eiusdem audientie et post probationem verbo incontinenti appellante presentibus honorabilibus dominis Mathia Jagiewnicki in Iwanowiche plebano et Laurentio de Volborz Notario dominorum officialis Cracoviensis Michaele de Leopolo et me Jone de Barczik Notario publico et huiusmodi causae scribam

Sententia pro parte doctoris Nicolai Wyeliczka

Cum nomine invocato et ipsum deum praecedentibus habentes pro tribunali sedentes In causa iniuriarum verbalium inter venerabilem dominum Nicolaum Wyeliczka in medicinis doctorem actorem ab una et honorabilem dominum Nicolaum Sokolnicki Artium liberalium magistrum conventum partibus ab altera coram nobis vertentem per hanc nostram sententiam diffinitivam quam in hiis scriptis de consilio iurisperitorum ferimus dicimus decernimus pronuntiamus et declaramus praedictum dominum Magistrum Nicolaum Sokolnicki verba iniuriosa et famam quodammodo ledentia contra praedictum doctorem Nicolaum Wyeliczka in audientia Reverendi domini Episcopi Cracoviensis dixisse eique talia facere dicere non licuisse neque licere et ideo illum iuxta statuta universitatis nostrae ad faciendam emendam lese parti condignam

Verbis deprecatoriis in eo loco in quo dixerat
prima iuris post vacantias cogimus et compelli-
mus. Ac in pena universitatis in statuta cuius
a nobis impgrum specificanda unacum expensis
in lite huiusmodi factis quarum taxacionem in pg[illegible]
nobis reservamus condempnamus. Balna
[illegible] actionem cum ipso Sobolnicki per doctores
facultatis phisice apud Romum d. Regem Crac.
intentata et occupata.

Sma pro parte d. Petri de Oborniki etc.

Christi nomine invocato et ipsum deum preoctis habentes
per hanc nostram sententiam diffinitivam quam in his
scriptis in ca iniuriarum ferimus. Dicimus
decernimus et declaramus prefatum dominum
Magistrum Sobolnicki verba iniuriosa venerabilis
domino Petro de Oborniki in medicinis doctori
dixisse et ei talia facere et dicere non licuisse
ideo iuxta disposicionem statutorum nostrorum predictum
Sobolnicki ad faciendam emendam verbis depre-
catoriis coram nobis in domo solite habitacionis
nostre cogimus et compellimus quam infra
hinc et unius mensis decursum facere tene-
bitur expensas hinc inde compensacionem inter
eosdem litigantes

Die Lune xx Julij

Joannes Bedellus vniuersitatis studij Crac. rettulit se per-
sonaliter citasse venerabilem magistrum Mathiam Chvijnis de
Epperies ad instanciam famati domini Leonardi Fogyel-
veder Consulis Crac. Qui quidem prefatus dominus Leonardus
contra et aduersus prefatum magistrum Mathiam iudicialiter
comparans verbo proposuit de triginta sex florenis numeri
et monete vngaricalis prefato domino magistro Mathie mutuo
datorum Bude per famulum dictum Melchiar de Stall. pre-
fati domini Leonardi Fogyelveder quos immediate
post suum in Crac. aduentum promisit realiter et cum effectu
ibidem soluere. Quam tamen solucionem prefatus magister hucusque facere
non curauit nec curat. Quare petiuit prefatum magistrum
Mathiam compelli ad solucionem iuxta obligacionem suam
Ex aduerso vero prefatus magister Mathias de Epperies animo
et intencione litis legitime contestans negauit prefatum mutuum
se prefato domino Leonardo Fogyelveder teneri. Sed eius
seruo Melchiar de Stall. Cui quidem seruo paratum se ~~ex~~
ad soluendum dicta pecuniam exhibuit. Et non ipsi domino
Leonardo Fogyelveder. prefatus autem dominus Leonardus
replicando in vim probacionis sue intencionis Cirographum
de manu predicti domini magistri Mathie in almanico scriptum
produxit. In quo prefatus magister Mathias obligauit se dicta
pecuniam Crac. soluere prout in dicto Cirographo plenius
continetur. Allegante eciam prefato domino Leonardo hunc
ipsum Cirographum sibi esse missum de Buda per suum
famulum prefatum Melchiar Stall. in vim repetende
dicte pecunie mutuo date prefato domino magistro Mathie
Quem quidem Cirographum dictus magister Mathias
se manu sua scripsisse et predicto famulo Melchiar in
vim obligacionis dedisse recognouit. Nihilominus

Allegantis non debe se cogi ad solucionem virtute illius
Cirographi alteri nisi illi cui illum Cirographum
dederat Contra vero dominus Ffogyelveder prefatus
Allegavit se alias habere litteras que vulgo dicuntur
de aviso in quibus reppeticionem debiti predicti sibi co
missam per suum familiarem Melchior Stall. a prefato magro
Mathia per illum Cirographum exigendam Et dominus
Rector auditis hinc inde propositionibus et responsione et aliis re
plicacionibus mutuo facta distulit negocium pro deliberacione
ad duas horas alias ad horam vicesimam primam pro
qua hora prefixit partibus terminum peremptorium ad vi
dendum et ad audiendum in causa concludi Et ad
videndum et audiendum in ea causa sentenciam ferri
presentibus Ibidem Magistris Michaele de Wratislavia
Sacre theologie professore. Joanne de Leopoli Sacre theologie
Baccalario Canonicis sancti floriani in Clepazz Et familia
dominorum ac aliis quam pluribus fide dignis testibus Et me
Caspar de Novacunitate notario publico etc

Tenor autem huius Cirographi in almanico scripti de
quo superius mencio habebatur in latino sequitur de
verbo ad verbum et est talis Ego magister Ma
thias Chwijnis de Epperies isto tempore vicepredicator
Craconie Et suffraganeus agriensis Electus Recognosco
isto meo proprio Cirographo Et circumspectus melchior
Stall. isto tempore scriba domini leonardi Vogyelweijder de
Craconia mihi in mutuum dedit xxvj florenos monete
ungaricalis computando pro floreno centum ungaricales
denarios. Quos promitto ei Craconie reponere et solvere sedem
suum beneplacitum Datum Bude feria sexta post penthecostes
festum anno domini 1 5 2 3

Die quo supra famatus Dominus Leonardus Vogyelveder
Consul Crac. iuxta exigentiam termini per dominum limitati accu-
sando contumaciam venerabilis magistri Mathie de Epperies
petiit in causa concludi ac sententiam diffinitivam ferri
Et Dominus prefato magistro Mathia diuinis expectato ultra horam
assignatam non comparuit in contumaciam ~~suam~~ eius conclu-
sit in causa. Et sententiam diffinitivam in dicta causa
protulit cuius tenor sequitur et est talis

Christi nomine Invocato Et ipsum solum deum pre oculis habentes
pro tribunali sedentes in causa et causis inter spectabilem
ac venerabilem dominos Leonardum Vogyelvijder Consulem
Crac. ab una et Mathiam Chuijnis de Epperies artium
liberalium magistrum studii Crac. de et super solutionis et debiti
triginta sex florenorum ungaricalis monete per centum denarios
quemlibet florenum computantes Et illius actione ab altera partibus
coram nobis auctoritate nostra vertente et mota per hanc
nostram sententiam diffinitivam quam per ea que in huiusmodi causa
vidimus et ex ~~huiusmodi~~ recognitione Cirographi percepimus
de iurisperitis consilio et assensu ferimus in hijs scriptis
Dicimus decernimus et declaramus et pronunciamus pre-
fatum magistrum Mathiam anno domini millesimo quingentesimo
vicesimo tercio feria sexta post penthecostes a prouido
Malcher Stall notario et factore ipsius domini Leonardi
triginta sex florenos pecunie ungaricalis florenum quemlibet
per centum denarios computantes in mutuum recepisse mutuam-
que pecuniam tulisse et leuasse Eosdemque triginta sex florenos
predictum magistrum Mathiam iuxta Cirographi obligationem ipsius
que recognitionem per ipsum factam Crac. restituisse debuisse
Et dum charitative monitus fuisset restituere recusasse
Indebite inique et illicite sibique talia facere minime licuisse
neque licere Et ob hoc eundem magistrum Mathiam ad

ad reposicionem triginta sex florenorum ad acta nostra. Ipsum vero
Dominum Leonardum ad restitucionem huiusmodi Cirographi Ipsi
Magistro Mathie post huiusmodi solucionem Cogimus et compel-
limus hac nostra sentencia diffinitiva mediante Lecta
Lata et pronunciata in habitacione Rectoris Magistri Martini
De Ilkusch Canonici Ecclesie Sancti Floriani in Cleparz
Vicesima mensis Julij Anno domini millesimo quinge-
tesimo vicesimo tercio In presencia venerabilium magistrorum
Michaelis de Olschna Sacre Theologie Baccalarij Jacobi
de Cleparz Spectabilis viri domini ~~[illegible]~~ Morsthyn Consul
Cracoviensis et ~~aliorum~~ aliorum quam multorum ~~[illegible]~~ testium Et notarij publici
~~me~~ Caspar de Nonacuntate ad hoc requisiti specialiter vo-
cati et Rogati

Martinus Bel-
sza de Cracovia
Iuris pon-
tificij Do-
ctoris

## Die Jovis xxx Julij

Discretus Martinus De Eslynk Campanator ad sanctam Annam
Cracoviensem Studens vniuersitatis nostre Constitutus personaliter ad acta
presencia recognouit se teneri et debere Discreto Leonardo de
Kownathij Studenti vniuersitatis predicte Decem gr. nostri et
monete polonicalis Quos quidem obligauit se ipsi Leonar-
do soluere vnacum quodam seraculo in valore vnius gr.
cum medio infra hinc et vnam quindenam sub censuris
Ecclesiasticis Et ibidem incontinenti prefatus Leonardus Con-
tra et aduersus ipsum Martinum proposuit verbo pro quibusdam
caseis sibi retentis in valore octo gr. et pro bireto in
valore similiter viij gr. Item et pro Culcitra in valore duo-
rum gr. cum medio In presencia Eiusdem Martini Anno et
intencione litis legitime contestacionis Negantis sibi caseos aliquos
teneri verum turellas in valore vnius gr. Biretum vero
sibi ab ipso dono datum allegantis De Culcitra vero nihil
se scire asserentis Et ad probandum datur In defectu
autem probacionis prefatus Leonardus de consensu dicti
Martini prestabit Iuramentum super intencione sua presentibus
familia domini Et me Caspar de Nonacuntate

Die Veneris ultima Julij

Honorabilis dominus Joachim Lector missarum ad Sancta Maria in
Circulo Crac. rettulit se de mandato domini Rectoris vniu-
sitatis studij Crac., monuisse venerabilem Magistrum Mathiam
Chwinijs de Epperies vt infra nouem dies, quos ipsi
per omnibus dilacionibus terminosque peremptorio ac trina
canonica monicione prenia assignauit, triginta sex floreos
monete vngaricalis solueret spectabili domino Leonardo Vogyel:
Vyder Consuli Crac. mutuo prefato Magistro Mathie per
Malcher familiam dicti domini Leonardi datos realiter et cum effectu
Juxta decretum domini, Et ibidem incontinenti prouidus Mal-
chiar Stall, de quo supra veniens ad acta presencia omnia
quecumque prefatus dominus Leonardus in causa huiusmodi vertente
inter ipsum ab vna Et Magistrum Mathiam predictum ab altera
partibus fecerit. Et quicquid in dicta causa diffinitum erat
omnia approbauit firmauit ratificauit ac pro grato
habuit presentibus familia domini Et me Caspar de Nouacuntate

Discretus Stanislaus de Vijszicka studens vniuersitatis nostre
Constitutus personaliter ad acta presencia recognouit se accepisse
mutuo a discreto Caspar de Nouacuntate Arcium Baccalario
decem grossos monete et numeri polonicalis Quos se prefato
Caspar soluturum obligauit infra hinc et vnam quindenam
sub censuris Ecclesiasticis, In vim autem certioris solucionis
faciende posuit apud prefatum Caspar duos libros vnum
opus Ouidij in maiori volumine, alium vero dictum
logica vetus ac noua Aristotelis cum commentario in Cooptorio
in vim pignoris, hac tamen condicione, quod si et inquantum
infra tempus sibi prefixum non soluerit extunc prefatus Caspar
habebit potestatem omnimodam eosdem libros vendendi alteri
quanto melius poterit vel saltim impignorare in eadem summa
pecuniarum presentibus familia Et Joanne de Nouacuntate
Martino Barnuss studentibus Et Bartholomeo de Pylcza

## Die Lune iij Augusti

Providus Albus Andreas Cuius Crac. de platea Sutorum
Citato Discreto Stanislao de Vylno Student. Vniuersitat.
nre proposuit contra et aduersus prefatum Stanislaum vbo
Occon. cuiusdam census de loco mansionis sibi non soluti pro
parte cuiusdam Discreti Bartholomei de Varca socij prefati
Stanislai de Vylno. Cum quo quidem socio Bartholomeo
Ipse Dictus Stanislaus Conuenerat locum mansionis apud
Ipsum Album Andream in solidum pro vno floreno Cuius quidem
floreni medium Ipse Stanislaus pro sua parte prefato Albo An-
dree soluit, residuum vero pro parte dicti Bartholomei
mansit insolutum. Vnde propter absentiam prefati Bartholomei
per exportacionem eius et recessum de hospicio petiuit Ipsum
Stanislaum socium dicti Bartholomei compelli ad residuum
soluendum in presencia prefati Stanislai de Vylno anno et
intencione lite legitime contestante allegatis se per hoc non obli-
gari ad solucionem residue partis census pro parte dicti Bar-
tholomei cum non posuerit fidem prefato Albo Andree
hospiti suo pro dicto Bartholomeo Et dominus audiens ipsum
et rusion. huic inde facta decreuit quod dictus Stanislaus
satisfaceret Albo Andree de loco mansionis pro parte dicti
Bartholomei sui socij Et prefatus Stanislaus ex decreto dni
obligauit se prefato Albo Andree ad satisfaciendum ad
vna octaua presentibus Ioanne Bedello vniuersitat. et
alia familia dni Et me Caspar vt supra

## Die Mercurij v Augusti

Andreas Bedellus vniuersitat. nre rettulit se legitime citasse
pro termino hodierno venerabilem magrum Sigismundum de Sthagyssa
ad instanciam venerabilis magri Adam de Cracouia // Et prefatus
magr. Sigismundus non comparuit misit nuncium honorabilem Phillipum
de Crac. altaristam ad sitam mariam in Circulo Cracouiensi
ad nram presenciam qui nuncius allegauit ipsius magri Sigismundi
nomine Ipsum non posse comparere ex eo quod missum fuit

// qui quidem magr. Adam comparuit accusauit contumaciam dicti magri Sigismundi contumaciam //

pro eo ad decimandum Et ita coactus ut allegabat an
terminum exiuit Et Dominus audita huiusmodi relacione decreuit In
prefatum nigrum Sigismundum post suum aduentum iuramentum
prestandum quod non calumpniose neque dolose exiuisset
post cuius quidem iuramenti prestacionem prefatus nigrum Sigis-
mundus immunis erit a pena contumacie iuxta sta-
tuta vniuersitatis nostre presentibus ut supra Et mathia
Szkorkowszky et michaele de leopoli studentibus Et
me Caspar de nouacuitate notario publico

v/25

Die viij^a Augusti

Honorabilis dominus Mathias Conarkewski altarista
ad sanctam Mariam discreto Stanislao Comorski decem
grossos recepit Mutui debitos infra hinc et quindenam
ex decreto domini Rectoris soluet sub Censura Ecclesie
Dominis Mathia Skorkowski Joanne bidello vniuersitatis
et me Jo ne de Barczik Notario publico

v/26

Honorabilis dominus Nicolaus Sokolniczky
Arcium Magister paratus est parere Sigismundo domini
Rectoris ad instanciam Eximij d doctoris petri
de oborniki rei late et eidem verbis deprecatorijs
condignam emendam iuxta sententiam facere et
de sua diligentia eiusdem petri contumacia
protestatus est presentibus ut supra

v/27

Die xiij Augusti

Honorabilem dominum nigrum Sigismundum de Sthazyczka ad
instanciam venerabilis domini nigri Ade de Crac Rectoris
scholae ad sanctam Mariam in circulo Crac ut asserit
ad hodie citatum Dominus in contumaciam dicti Ade
Eundem inquantum terminus absoluit Et eundem terminum
ad primam iuris post festum sancti Bartholomei prorogauit
presentibus Mathia Szkorkowszky Et me Caspar de no-
uacuitate notario publico

998. 2728

## Die Martis xviij Augusti

Constitutus personaliter ad acta presencia Discretus Zacharias Werszky
de Oppol studens vniuersitatis nostre, fecit constituit in suum verum
et legittimum procuratorem Discretum Ambrosium de Oppol eciam
studentem vniuersitatis predicte morantem Crac. adhuc in scholis ad
sancta Maria in circulo eciam presentem et omnes procuraciones
in se sponte assumentem ad agendum defendendum citandum
Deponendum contra honorabilem dominum Joannem de Mszanowo
Arcium baccalarium occasione tunice ipsi constituenti per prefatum Jo-
annem baccalarium accepte ab vno anno iam lapso. Necnon
ad faciendum generaliter omnia et singula quod quidem per dominum
constituens faceret aut facere posset si premissis personaliter inter-
esset puta iuramenta de valore dicte tunice vel de calumpnia
Et alia decisoria prestandi et exhibendi Eciam nomine suo res
tollendum leuandum vel arestandum et de eis quittandum
et alias in forma meliori promittens rata grata atque firma
tenere hec per ipsum suum procuratorem facta gesta ac quolibet or-
dinata in premissis presentibus prouido Joanne Bedello
vniuersitatis nostre Mathia Szkorkowszky et Michaele de
Leopoli Et me Caspar de nouacuitate presentis actus scriba

2729

## Die Mercurij xix Augusti

Discretus Venceslaus de Helczyn studens vniuersitatis nostre
Constitutus personaliter ad acta presencia recognouit et per expressum
fassus se teneri et debere prouido domino Procopio Funfici
Craconie in valua sutorum morati octo florenos nostri
et monete polonicalis per triginta gr. quemlibet computan-
per expensis vnius anni, et nouum florenum eiusdem monete
per cameralibus, quos quidem dictos florenos nouem nomine obligauit
se soluturum infra hinc et duas septimanas post festum
sancti Michaelis proxime instans Et ibidem incontinenti per exequito-
rem a domino datum et deputatum vsque honorabilem dominum Clepacz
Joannem de Ilkusch vicecantorem ad sanctum Florianum in Clepacz
prefatus Venceslaus trina ac canonica monicione presentia et
peremptorie monitus est vt infra terminum sibi prefixum soluat
dicto Procopio realiter et cum effectu sub censuris Ecclesiasticis
presentibus vt supra

## Die Iovis XX Augusti

Discretus Ambrosius de Oppol studens vniuersitatis nostre procurator
discreti Zacharie de eiusdem Citado legitime per Ioannem Bedellum
vniuersitatis nostre honorabilem Ioannem de Mszczanow artium baccalarium
nomine sui principalis proposuit contra et aduersus eundem Ioannem
baccalarium verbo pro quadam tunica suo principali dicto
Zacharie per prefatum Ioannem baccalarium accepta iam dudum
in presencia eiusdem Ioannis anno et intencione litis legitime
contestanti confitentis se dictam tunicam prefato Zacharie acce-
pisse quamque se velle restituisse etiam ex decreto domini
infra huius et vna quindena obligauit dicto Ambrosio tan-
quam eius principalis procuratori sub censuris ecclesiasticis, presentibus
Mathia Szkorkowszkij et me Caspar de nouacuitate

## Die Martis XXV Augusti

v731

Honorabilis dominus Ade de Cracouia artium magistri ad proponendum
actionem pallij vt dicebatur recepti de habitacione sua ho-
norabilis magister Sigismundus de Schaszyzza anno et
intencione litis legitime contestanti negauit narrata prout
narrantur et datur ad probandum vel deferendum et
in continenti prefatus actor detulit ipsius magistri Sigismundi
iuramento petens cogi illum ad prestandum huiusmodi iura-
mentum in presencia eiusdem magistri Sigismundi offerentis se
daturum causas et rationes cur et quare illud prestare
non debeat nec teneatur petens easque ad probandum
admitti et dominus visis videndis faciet facienda
quas offeret prima iuris presentibus venerabili magistro
Bartholomeo rectore schole ad sanctum Stephanum et
familia domini et me Caspar vt supra

## Die Lune VII Augusti

Honorabilis dominus Albertus de Costhen sacrorum canonum
de posznania baccalarius pro parte Mathie Galli de

1000.

2732

## Die Iovis xxvij Augusti

Venerabilis magister Bartholomeus de Wratislavia Collegiatus minoris
Collegij in Cracovia Constitutus personaliter ad acta presencia recognovit
et per expressum fassus est se teneri et debere, venerabili domino magistro
Ioanni de Szanok Collegiato eiusdem Collegij sex florenos tres
in auro et tres in moneta polonicali, non mutui, quos se solvere obli-
gavit infra hinc et festum sancti Michaelis proxime instans
sub censuris ecclesiasticis presentibus honorabili domino Nicolao al-
tarista de arce Cracovie et me Caspar ut supra

2733

## Die Lune v Septembris

Honorabilis dominus Albertus de Costhen Sacrorum Canonum
Baccalarius, pro parte Mathie Galli de Posznania Citatis
Discretis Stanislao Wszeszczek de Cracovia et Felice de
Pyothekow, proposuit contra et adversus prefatos Citatos
verbo et tandem latius in scriptis dandum occasione lesionis
et acerrime vulneracionis prefati Mathie Galli, illate
in presencia eorundem Citatorum animo et intencione lingua
licet contestante negancium narrata prout narrantur et
datur ad probandum et interim partes attentabunt concordia
et dominus inter dictas partes non per modum iudicis sed per
modum arbitri per ipsas partes deputati decrevit prefatos
reos Stanislaum Wszeszczek et Felicem solvere debere occasione
huiusmodi vulneracionis dicto Gallo triginta grossos mercium et
monete polonicalis infra hinc et unum mensem, quorum
medium hodie vel feria quarta proxima ipsi Gallo solvere
tenebuntur ad quod se, ipsi rei, libere et sua sponte submiserunt
Et dominus inter dictas partes vallavit penam x marcarum
et interposuit ut si aliquis eorum lapsu lingue vel quovis alio
modo oblequeretur aut diffamaret alium, vel quod absit comina-
retur vindicta et percussionem per se vel per subordinacionem aliorum
Et hoc probaretur contra eum talis irremissibiliter solveret x marcas
medium Rectori alias universitati et altera medietate parti concordia
tenenti presentibus familia domini et me Caspar de Novacenitate

2734 ~~Sic~~ 1001.

Die Mercurij vij septembris

Egregij ac spectabilis dni petri de Oborniczky artium et medicine doctoris nomine Joannes Voynarowszky procurator ipsius reproducta citacione legitime executa contra Mgrum Nicolaum Sokolniczkij petunt sinam diffinitiuam debite executioni demandari et litteras necessarias et opportunas ad hoc decerni In presencia dicti Nicolai Sokolniczkij qui impediendo petita partis adverse obtulit se sine diffinitiue contra eum late paruisse cui et incontinenti paruit Dicto quoque dno petro Doctori iuxta contenta sine verbis deprecatoriis satisfecit. Dicendo se nunquam animo et voluntate habuisse talia verba in persona v. e. proferendi quod et eidem v. e. non protuli neque dixi Ideo humiliter peto ab ea veniam et delictum in ignosci quod nunquam in persona v. e. commisi. Quo facto prefatus dns petrus Doctor medicine dicto Mgro iniuriam suam dimisit eumque de hijs omnibus liberum ac quietum fecit Et In presencia dni Rectoris et familia eiusdem Et me Caspar de nouacuitate notario publico presentis actus scriba

Die Iouis xxiiij septembris

2735

Discretus venceslaus de Helczyn studens vniuersitatis nre Constitutus personaliter ad acta presencia recognouit et per expressum fassus se teneri et debere honeste Katherine Crac degenti sub dna Bydlenszka in celario in platea vyszlen viginti gr et vnum gr eorum debiti pro expensis. quos quidem viginti gr et vnum obligauit se soluturum infra hinc et vnum mensem Et ibidem incontinenti prefatus venceslaus trina ac cauo inca monicione premia et peremptorie monitus est per infra terminum sibi prefixum soluat dicte Katherine eosdem viginti gr cum vno gr reali et cum effectu sub censuris Ecclesiasticis presentibus honorabili dno maximo de Crac arcium Baccalaureo Et me Caspar et sup

## Die Saturni xxvj septembris

236 Venerabilis magister Jacobus de Ilsza Canonicus Ecclesie Collegiate Sancti
floriani in Cleparz legitime ex officio domini Rectoris per Joannem
bedellum universitatis nostre Citatus pro hodierna die, quia
duas lectiones in artibus ad quas legendas vigore privile-
giorum et Statutorum universitatis Et signanter Ecclesie sancti flo-
riani Contumaciter et temere legere neglexit nec curavit
quamvis super hoc legitime fuerit monitus ut in actis presentibus
continetur, proinde Dominus Rector Contra eundem magistrum
Jacobum de Ilsza presentialiter comparentem, penam duarum marcarum
pro qualibet lectione per totam commutationem per eum neglecta decrevit
Quam quidem penam reponere debet realiter et cum effectu
in manus domini Rectoris infra sex dies presentibus Joanne
bedello universitatis Et familia domini

237 ## Die Jovis prima octobris

Honestus et discretus Joannes bedellus universitatis Cracoviensis rettulit
se de mandato domini Rectoris venerabilem magistrum Jacobum de Ilsza
Canonicum Ecclesie Collegiate sancti floriani in Cleparz personaliter mo-
nuisse peremptorie ac trina canonica monitione ut ex decreto
domini primo secundo et tercio, Certam penam quattuor marcarum
numeri et monete polonicalis occasione duarum lectionum per ipsum per totam
commutationem estivalem anni currentis 1 5 E 3 neglectarum
et non lectarum infra terminum per dominum in decreto contentum
Solveret et reponeret realiter et cum effectu in manus domini
Rectoris sub censuris Ecclesiasticis presentibus familia domini Et me
Caspar de Novacuitate presentis ~~actus~~ relationis scriba

## Die Mercurii vij octobris

Dominus rector iuxta exigentiam termini hodierni in con-
tumaciam venerabilis domini magistri Jacobi de Ilsza Canonici
Ecclesie sancti floriani non comparentem neque monitionem parere
effectualiter et satisfacere volentem declaravit ipsum in sinis
excommunicationis in monitorio contentas incidisse Et hoc ad
instantiam instigatoris officii sue pretensionis processusque de-
claracionis et excommunicationis contra eundem dari decrevit
presentibus familia domini

## Die Martis vj Octobris

Discretus Mathias Almanus de Maiori Glogonia Studens Uni-
versitatis nostre Cittatis, honorabili Alberto de Volbosz artium Baccalario
per Joannem Bedellum Universitatis, proposuit contra eundem verbo
protestando in primis se non criminaliter agere velle sed similiter gratia
repetende rei sibi accepte occasione quarundam calligarum sen
tibialium ipsi in camera acceptarum volens ab ipso certior
fieri an aliquid sciret de calligis huiusmodi allegans ipsum
fuisse occasione huius dampni ex eo quod introduxisset quosdam
adolescentes in habitacionem in qua nunc morabatur et in illa
dictas calligas habebat, ubi quidam ex introductis per eum fre-
quencius intrabat ad dictam habitacionem etiam aliquando prefato Alberto
Baccalario absente. In presencia prefati Alberti Baccalarij anno et
intencione litis legitime contestacionis negantis narrata prout narrantur
et nihilominus protestatus est de reconveniendo et ibidem incontinenti
contra ipsum Mathiam Almanum proposuit verbo quod prefatus Almanus
prefatum Baccalarium in loco publico in circulo coram quibusdam adolescentibus
et in privato in habitacione sua furem et sublatorem rerum sua-
rum appellaverit, ipsumque verbis inhonestis statum honorem et
personam suam deturpantibus prout latius describet pena iuris, quam
ignominiam et infamiam sibi sic in presencia multorum irrogatam
ac fereque iam per totam parochiam sancti Stephani promulgatam
ad animum revocando ad centum florenorum auri puri ungaricorum extimavit
quos quidem maluisset de propriis amittere quam dictam infamiam
pati. Et prefatus Mathias negavit narrata prout narrantur
et petencium petita fieri non debere. Et datur ad probandum vel
deferendum pena iuris presentibus Jone Bedello Universitatis
et familia domini

## Die Jovis viij Octobris

Discreti Simon Almanus de Maiori Glogonia et Stanislaus
de Vyszubka studentes Universitatis nostre Legitime per Serenum
Dominum Universitatis Cittatis, ad perhibendum testimonium in causa inter
Discretum Mathiam Almanum de Maiori Glogonia ex una

Et honestum Albertum de Volborz arcium baccalarium partibus ab
altera coram nobis vertente et mota Iuramentum cor-
porale ad imaginem Crucifixi tactis manibus prestiterunt
In contumaciam partis adverse non comparentis presentibus fami-
lia domini Et me Caspar de Nova Civitate notario publico
Et incontinenti eadem hora altera tamen post assignata comparuit
prefatus Albertus baccalarius Et produxit contra et adversus
discretum Mathiam Almanum libellum reconvencionalem in ca-
miniariorum In absencia prefati Mathie Almani nihil fa-
ciens Et ibidem obtulit se ad probandum intencionem suam
presentibus ut supra

## Die Veneris ix octobris

Discretus Bartholomeus Adrohyczyn studens universitatis nostre
Lgtie Cittat per Servum universitatis ad instanciam Discreti Leo-
nardi de Kownathij ad prohibendum testimonium veritatis
in causa inter prefatum Leonardum ex una Et martinum
Campanatorem Crac ad sectam anima partibus ab altera
coram nobis vertente et mota Iuramentum corporale ad
imaginem Crucifixi prestitit In contumaciam partis adverse
non comparentis presentibus ut supra

## Die Mercurij xiiij octobris

Honesta domina Katherina Wrzeszczkowa cuius Crac in platea
sancti Sthephani Constituta personaliter ad acta presencia arestavit
lectisternia et alias res omnes petri Grodowszky studentis
universitatis nostre repositas apud Discretum Blasium arcium bac-
calarium familiarem domini palatini Crac occasione vulneracionis
sui famuli braxatoris qui quidem petrus Grodowszky
eidem famulo non satisfecit In presencia prefati Blasij huius
arestum acceptantis presentibus Discreto Michaele de Leo-
poli et familia domini ac me Caspar ut supra

1523h. 274 ~~514~~ 1005.

# Die Iouis XXII Octobris

Discretus Abraam de Pyothekono Rector scholarum in Schydlono Legittime per litteras Citationis ex officio domini Rectoris vniuersitatis Cracouien. Citatus et comparens. quia ausus est se promotis personis in vniuersitate Crac. preferre et commiscere vsurpando sibi verbis factis et scriptis titulum persone promote gerendo se et nominando ac scribendo in suis litteris Baccalarium artium liberalium Crac. in leuitate non parua et contemptum Statutorum et priuilegiorum vniuersitatis predicte. Cum tamen nec studens intitulatus eiusdem vniuersitatis Crac. vnquam fuit. Proinde dominus Rector accepto super hoc sufficienti testimonio Ex ipsius prefati Abrahe litteris Et ex confessatis eiusdem Tandem visis Statutis vniuersitatis eiusdem. quod quilibet talis puniri debet iuxta Statuta huiusmodi et priuilegia eiusdem vniuersitatis pena carceris ac decem marcas grossorum pragensium contra ipsum habita prius matura ac debita deliberacione et super pluriam proborum virorum pro ipso intercessione habito debito respectu ob spem emende penam tamen decem marcarum grossorum pragensium decreuit. Quam quidem penam reponere tenebitur infra vnam quindenam in manus domini Rectoris realiter et cum effectu sub censuris Ecclesiasticis. Et ibidem incontinenti per certum executorem Ioannem bedellum vniuersitatis predicte personaliter monitus est peremptorie ac trina canonica monicione vt ex decreto domini primo. secundo. et tercio vt prefatas. x. marcas grossorum pragensium infra tempus sibi prefixum in manus domini Rectoris reponeret realiter et cum effectu presentibus Discreto Michaele de Leopoli Ioanne bedello vniuersitatis Et me Caspar notario

2745

# Die Saturni ultima octobris ~~515~~ 1006.

Dominus rector studij generalis Crac. alias instigator officij consensit in absolu-
tionem rectoris respectibus alias ad cautelam Magistro Jacobo de Ulsza Canonico
sancti Floriani hinc ad quindenam sub reincidentia et gravioribus penitentibus ibidem
Magistro Stanislao Bijalkowszky Canonico sancti Flor. et preposito domus ma-
iorum et Michaele de Leopole alia quoque familia domini etc.

## Die veneris vi novembris

2747

Discretus Leonardus de Kownathy actor ex adverso principalis
constitutus personalem ad acta presentia recognovit totalem satisfactionem
occasione quorundam caseorum et bireti ac culcitre etc. quam satisfa-
ctionem per Martinum de Glynck pretium campanatorem Crac.
ad sanctam annam se recepisse fassus est. Et quietat eundem
reum et liberum dimittit ab omni instantia et impeticione mor-
tificans in amicabili compositione omnes controversias nec per se
nec per submissam personam alias occasione predictorum caseorum bireti
et culcitre cedendo iuri ac litti presentibus familia domini

## Die Saturni xxi novembris

2748

Reverendus dominus Martinus de Ilkusch rector universitatis
in causa venerabilium prepositi, et magistrorum in collegio minori
Crac. ex una. Et magistri Simonis de Schamothuli confra-
tris eorundem magistrorum minoris collegij partibus ab altera
occasione cuiusdam excessus verbalis per prefatum magistrum Simo-
nem in quibus mensa prefatorum dominorum minoris collegij
commissi, visis primum rationibus dicti magistri Simonis super
sequestro arresti. ~~rela~~ et illis repositis in locum suum, rela-
xavit illud arrestum Et approbavit sententiam diffinitivam
predictorum magistrorum minoris collegij contra prefatum magistrum
Simonem ex confessatis eiusdem magistri Simonis iudicialem
latam ipsum vel puniendo in una sexagena quam tene-
bitur reponere in manus prefatorum dominorum minoris collegij
infra unam quindenam sub censuris ecclesiasticis. In presentia
eiusdem magistri Simonis audientis et post approbationem verbo
incontinenti appellantis ad consiliarios et decanos universi-
tatis presentibus venerabili magistro Michaele de Olszna sacre
Theologie baccalario formato Andrea Bedello universitatis
et me Caspar de Novacuitate notario publico

1007.

2749

Decretus Andreas Bedellus comunitat Cracr. retulit se de mā. dato dñi Rectoris ad instantiā instigatoris offerri sin[e] fundatur Cuiusse p hodiernū terminū Venibilem Nigrum Iarobum de Ilsa Canonicū Ecclie Collegiate Sancti Floriani in Clepardz ad videndū dum fieri recompari in prefinatis sententiis exitus et gravaminis contra eundem decretum dictum nūc satisfactionis negz emendē facte iuxta promissionē p ipm facta fuit monitum contra ipm p reponenda ita pena emanate. Unde iuxta exigentia termini hodierni non comparente dicto Nigro Iarobo de Ilsa tunc dumtaxat expitato ipius ad retinendum exigente et in nullo se emendante. Cum requisitione contumacia referre debet et pena. Dominus Rector ipsum Nigrum Iarobum p sententia sua in scriptis latam in prefinatis sententiis exitus reperiit. Et gravaminis contra eundem dari decrevit Utrubus Venibili nigro Mudrack de oppidum Sarepthen Cracouiensis diocesis Andreas bedello comunitat or familia dñi Et me Cessante

2230

Die veneris XXVIIJ novembris

Joseph indens de Kazimiria Cracouiensis Venibili Stanislao Bargel sacerdoti Canonico Doctore p Joannē bedellum comunitat Cracouiensis contra et adversus ipsum dñm Doctorem proposuit vbo et tacito in scriptis deffendendo dictum dñm Doctorem non debere, nec teneri ipsum Stanislaum Bargel. dicto Joseph pellenti ipi vendicare et defendere ipsum Stanislaum Bargel. dictum et uterum lite ipsius contestari negantis narrata prout narrantur. Et datur ad probandum vel deffendendum ipsum hinc festa terna post festum Sancti Andree Apostoli proxime venturum Utrubus familia dñi Et me Cessante

2231

Discretus Abraham de Prothzkow constitutus personaliter ad actum petitionis satisfaciendo penis iuxta decretum dñi Rectoris in p[ro]ximo ex eo p se Baccalarium artium liberalium Cracouiensis proposuit notare et in suis bonis scribi et se p eosdem gerere in studendo. Alma Universitat Cracouiensi existisset se p a nō et p amplius ner verbis nec scriptis seu libris ner fecit se p baccalaureis artium vel graduatis alia offensa promota in comunitat Cracouiensi gerere audebit vel nominare sed p studente tanti cum ea petente comunitat set integra et sua intitulatum et gravis inscriptum in matricula studentium termini eiusdem comunitat, nisi tpus suppressa pena merito

Die Martis iij nouembris 1008.

Discretus Ioannes Bedellus vniuersitatis nre recognouit se Cittasse pro termino hodierno, Discretum Andream scholarem morantem in platea Vyssheuen Crac apud Ioannem Medyk, ad instantiam prefati Ioannis Medyk et prefatus Ioannes medyk comparens, accusauit contumaciam dicti Andree scholaris et dominus eo diuinus vltra horam solit expectat non comparuit pronunciauit contumacem presentibus familia dni

1008a

suffragantibus ad hunc gradum per suam legitimam in eadem universitate promotionem fuit assumptus. sub amissione sue fame et honestate ac pena carceris. Si et inquantum hanc obligationem contraverit temere et ipse convictus ad minus duobus testibus fuerit presentibus ibidem venerabili viro magistro Adam de Crac pro tunc Rectore scholarum ad sanctam Mariam in circulo Crac. et discreto Michaele de Leopoli et familia domini ac me Caspar notario publico

## Die Martis prima decembris

2752

Helias Iudeus nomine sui principalis Joseph Iudei iuxta exigentiam termini hodierni cum venerabili domino doctore sacrorum canonum Stanislao Bargel per dominum ad deferendum vel ad probandum limitati comparentes petiuit partem adversam ad iuramentum prestandum super sua intencione compelli. Et dominus in contumaciam prefati domini doctoris decrevit prestari iuramentum prout petitur. ad quod quidem prestandum terminum ipsi assignavit feria quinta proxima ante festum sancte Barbare virginis presentibus Joanne Bedello universitatis et familia domini ac me Caspar ut supra

## Die Mercurii secunda decembris

2753

Venerabilis dominus Erasmus Vonzan de Crac arcium magistri ad prepositionem octavum sex florenorum et xi grossorum cum et monete polonicalis per libris et aliis rebus debitorum lacius describendarum. post remissionem domini Thome Rosznowsky officialis generalis Crac. ad dominum facta. Adam de Crac arcium magister et Rector scholarium sancte Marie in circulo Crac. animo et intencione licet legitime contestante recognovit huiusmodi libros se emisse in precio tamen leviori. previa tamen moderacione et calculo inter ipsos principales fieri. allegavitque plus tempore a se id pecisse petens sibi duplicari ulteriore dilacionem per dominum post fieri calculum prefato magistro Erasmo seu ipsius procuratore magistro Sigismundo de Stazyza negante premissa et datum ad probandum vel deferendum presentibus venerabili magistro Martino de Schaxmothulij ac familia domini Et me Caspar ut supra

remissio ad Rectorem

## Die Jovis tercia decembris

2754

Venerabilis dominus Stanislaus Bargel sacrorum canonum doctor legitime citatus ad prestandum iuramentum iuxta prepositionem Joseph Iudei hic in actis contente delatum comparentes exoneravit se ab huiusmodi iuramenti prestacione. Et petivit per dominum referri huiusmodi iuramentum prestandum ipsi Joseph Iudeo super sua intencione

Et exadverso Iudeus helias nomine sui principalis Joseph Iudei
allegavit absentiam ipsius principalis propter discessum prefati Joseph
Iudei in Leopolim. Et dominus ~~[illegible]~~ huiusmodi iuramentum
prestandum ipsi Joseph Iudeo tanquam principali decrevit. ad quod
prestandum in una septimana post ipsius adventum in Cracoviam
quidem sup sua intencione tenebitur presentibus familia domini ut sup
suo more,

## Die Saturni xij decembris

Discretus Joannes bedellus universitatis nostre constitutus personaliter
ad acta presencia rettulit se de mandato domini legittime citasse pro
termino hodierno venerabilem magistrum Simonem de Schamothulij
collegiatum minoris collegij ad instanciam venerabilium dominorum magistrorum
prepositi domus minoris collegij ceterorumque confratrum totius civitatis
predicte domus ad declarandum eundem incidisse sententiam excommunicationis ob
non satisfactionem decreto contra ipsum emanato et hic in acta contento
alias ob non solucionem pene unius sexagene. Et dominus instante
principali declaravit prefatum magistrum Simonem sententiam excommunicationis incidisse
ob non paricionem decreto alias ob non reposicionem huiusmodi pene
hic in acta contente. In presencia dicti magistri Simonis allegavit
Capitulum Odardus alias se non esse in habendo offerrentis se
illud iuramento confirmari. Et se penes illud conservari pro-
stantisque de gravamine et appellando. presentibus iuxta
relacionem honorabilis Nicolai de Oszyek auctoritate Apostolica
notarij publici qui huiusmodi acta presens interfuit sicque fieri vidit
et audivit. venerabilibus dominis magistris Martino de Cracovia
et Jacobo de Syepecz collegiatis minoris collegij et discreto
Andrea Czeczyeszkij artium baccalario ~~[illegible]~~ familia domini

Die

2757

~~317~~ 1011

Die martis xxij decembris

Discreti Nicolai Dampkowsky studentis universitatis Cracoviensis ad proponendum
occasione cuiusdam libri sibi sublati et apud Discretum felicem de
Bunza Cittatum compti. pro remissione domini Nicolai Bydlewsky
vicarii in spiritualibus Cracoviensibus generalis ad dominum facta. Discretus felix
Bunza personaliter comparens animo et intencione litteralis contestans
confessus est se dictum librum virgilianum emisse. Et eodem titulo
emptionis et venditionis eundem econtra vendidisse. Et dominus
ipsi reo ad ponendum eiectorem terminum infra hinc et festum
trium trium regum proxime instans assignavit presentibus familia domini

2758

# Anno Domini 1 5 L X

1 Die Lune iiij mensis Januarii

Discretus felix de Bunza iuxta exigenciam terminum ponendo
eiectorem ex decreto domini petiit se absolvi ab instancia
In presencia Discreti Nicolai Dankowsky nihil faciens
Et dominus ipsum felicem absolvit presentibus familia domini

~~[illegible]~~ 1012

1012a

1013.

## Die martis xxvi Januarij

Honorabilis dominus Joannes de Rypnyskij actu presbiteri Capellani ad
sanctum petrum Crac. ad proponendum occasione cuiusdam lesionis ipsius sinistro
oculo, per proiectionem bireti duplati veneciani complicati recto tra-
mite in ipsum oculum animo nocendi et ledendi per honorabilem
Mathiam Conazzowszky inhabitantem domum Burse Canonistarum
illate. Honorabilis Mathias Conazzowszky animo et intencione
litis legitime contestandi allegavit se non maliciose proiecisse huiusmodi
biretum in ipsum dominum Joannem prefatum asserens se in alium
proicere velle. Sicque casualiter in ipsum cecidisse. Et ibidem incon-
tinenti prefatus Mathias recommendando prefatum dominum
Joannem proposuit contra eundem occasione quarundam iniuriarum ver-
balium ipsi Mathie in crastino post illam proiectionem huiusmodi bireti
per prefatum dominum Joannem illatarum. In presencia prefati domini Joannis
animo et intencione litis legitime contestandi negantis narrata prout
narrantur petentes petita fieri non debere. Et datur ad
describendum huiusmodi inde et ad probandum infra hinc et
feriam quintam proximam post festum purificacionis beate Marie virginis
presentibus familia domini Et me Caspar notario publico
Et in fecunditate utriusque partis dominus interposuit penam x marcarum

## Die Jovis xxviii Januarij

Discretus paulus Szumothanka studens universitatis nostre consti-
tutus personaliter ad acta presencia recognovit et per expressum fassus
est se teneri et debere honeste Elizabet Szapalanka xiii gr.
racione debiti pro vino quos quidem xiii gr. obligavit se prefate
Elizabet solvere hinc ad medium quadragesime proxime instanti
sub censuris ecclesiasticis presentibus familia domini Et me
Caspar ut supra

## Die veneris xxix Januarij

Honorabilis dominus Galli lectoris missarum in Ilkusch ad proponendum occasione
duarum marcarum cum media pecunie numeri et monete polonicalis
pro erudicione et loco mansionis Andree Cressa de Zawada
Discretus Andreas Cressa legitime citatus allegavit se
nullum contractum fecisse cum ipso prefato domino Gallo pro erudicione
sed parentes suos petentes dari sibi terminum ad ponendum
Evictorem unum mensem quod et obtinuit Et dominus
adveniente termino faciet facienda presentibus Andrea et
Joanne bedellis universitatis Et me Caspar notario publico

2762

Die Saturni vj februarij

honeste dne ~~dorothee~~ anne Bronowszka de Crac ad ppositionem
occon xij gr monete polonicalis rom debiti contra discretum
Jacobum Roszkowszky p Joannem Bedellum vniuersitatis studij
Crac personalis vt ex eius relacione apparuit citatum ~~Discre~~
honestus Mathias Kolinszky de maiori polonia pro eo
comparens iurisdictionemque et forum declinans allegauit eius
legitimam a ciuitate Crac absentiam et petens sibi dari
terminum vlteriorem ad deliberandum cupiens se velle ponere
in principale occon huiusmodi xij gr et dominus de consensu
partis ~~consensit~~ proxima feria quarta post festum sancte dorothee
prefixit ibidemque de mandato docendum ipsi Mathie mandauit
presentibus discretis Michaele de Leopoli et Stephano de
Rzeszowo et me Casp vt sup

2763

Die Mercurij x februarij

honeste dne ~~dorothee~~ anne Bronowszka de Crac accusant contu-
maciam aduersarij sui seu ipsius procuratoris ob non paricionem
terminum ad hodie per dominum limitati et ob non doctorem de
mandato. Eodemque diuinis expectato et non comparente ~~prefato~~ ipso principali Jacobo
Roszkowszky dominus prefatum Jacobum pronunciauit contumacem
et processus contumacie contra ipsum dari decreuit presentibus
vt supra

2764

Die Jouis xj februarij

honestus dns Joannes de Rybnijky lector missarum ad
sanctum petrum in Crac in platea Castrensi reproducta citta-
cione debite executa contra dominum Mathiam Conarzow-
szky petiuit in causa concludi super conuencionali ipsius
prefati Joannis in presencia eiusdem Mathie Conarzowszky
qui impediendo conclusionem petiuit publicari dicta testium
et eorundem copia cum termino dicendi contra. Et dominus
Rector decreuit dandas copias et terminum dicendi con

octavam prefixit Et ibidem incontinenti prefatus Mathias
Conarzowszky Citato legitime honorabili domino Joanne de Ryb-
nyky per Andream bedellum universitatis nostre petivit in causa
Concludi super reconvencionali ipsius Mathie Conarzowszky
In presencia prefati Joannis de Rybnyky qui impediendo con-
clusionem petivit publicari dicta testium Et eorundem copiam
cum termino dicendi contra. Et dominus decrevit dandas
Copias Et terminum dicendi contra octavam prefixit presentibus
venerabili domino Martino Belsza de Cracovia decretorum doctore
Discreto Mathia Szkorkowszky Et me Caspar de Nova Civitate
notario publico

2765

Die Solis xiiij februarij

Discretus Andreas Bedellus universitatis studii Cracoviensis Constitu-
tus personalem ad acta. rettulit se de mandato domini Rectoris
personalem ad instanciam discreti Joannis Alterius Bedelli
universitatis predicte. arrestasse apud magistrum Joannem de Scha-
nok Collegiatum minoris Collegii in Cracovia unam marcam
pecuniarum tenta honorabili ambrosio tanquam suo lectori missa-
rum ad beatam virginem Mariam in Circulo Cracoviensi per duo-
bus quartalibus Lucie et Cinerum anni currentis occasione
Debiti per expensis quod tenetur ipse ambrosius lector
missarum Discreto Joanni Bedello prefato. Et prefatus magister
Joannes de Schanok recognoscens se teneri huiusmodi marcam pec-
cuniarum ipsi ambrosio prefato de mandato domini Rectoris
acceptavit huiusmodi arrestum presentibus familia domini Et me
Caspar de Nova Civitate notario publico

2766

Die lune xv februarij

Discreti Alberti de Szkezino ad proposicionem occasione tapeti in va-
lore xv gr. panni x. ulnarum coloris flavei per xij gr.
trium baiulorum in valore xx gr. Et unius mantelli
in valore trium gr. lacius describens contra discretum
Joannem de Eadem Szkezino studentem universitatis nostre. Ipse
Joannes prefatus animo et intencione licet legitime contestatum

Confessus se habe apud se tapetu cu uno baiulo. pan:
num vo cum duobus baiulis et uno manuterio in
Szkszyno Et dominus Rector ex confessatis tapetu huius
cu uno baiulo luce crastina ad se portare mandauit
pannu vo cu duobus baiulis et uno manuterio
huic et ad diem palmarum ex decreto dni restituendi
tenebitur. Et ibidem incontinenti pfatus Ioannes de Szkszyno
no recommendando pfatu Albertu de Szkszyno pposuit
contra eundem verbo occasione cultri ipi Alberto mutuo dati
in valore xv gr. et abductionis sui scholaris de Crac
pt cuius scholar abductionem ipe Ioannes dampnificaretur
in xij florenorum expensarum Et eidem scholari medie
marce pecuniarum acceptionis In pncia pfati Alberti animo
et intencione lite legitime contestante negante narrata prout nar:
rantur et petitis fieri no debe Et datur ad probandum
vel deferendum. Et incontinenti pfatus Ioannes detulit ipius
ad Alberto Iuramento pntibus honbli Mathia Conazzow:
Rabitszkij discreto Michaele de Leopoli Et me notario ut sup
tatus

2767

Discreti Melchiar de Glogonia ad ppositionem occasione quorundam
librorum vestium aliarumque rerum in deposito p Ioannem
Schaldrow de Herusthoth apud magrum Bartholo:
meum de Wratislavia Collegiatum minoris Collegii in Crac
tentarum. In pncia pfati magri Bartholomei allegante
res huiusmodi missas in Wratislavia p quendam vectore
nec eas apud se habe. quam allegacionem probabit in
quindena p scda dilacione. Et nihilominus de securi
tate vite habenda prefato magro Bartholomeo obvi:
ando minacionibus machinacionibus in morte pfato
magro Bartholomeo p pfatum Melchiar honbli dns
Mathias Conazzowszky fideiussit sub pena centum marcarum ad
quindena. Lapsa vo quindena alios fideiussores statuet
pntibus Discretis Laurencio Rambyeszky Michaele de
Leopoli Et me Caspar notario

1017.

Die Mercurij xvij februarij

Cracoviensem remissionis et aliarum infamiarum
ac iniuriarum ad mille florenos extimatarum
latius describendarum ad reconvencionalem propositis
animo et intencione litte legittime contestandi
dicti studentes negarunt narrata. Prefati vero
preconsul et Consules recognoverunt se dictos
Conventos incarcerasse, ipsis conventis ad hoc
consencientibus et dicentibus ipsi preconsuli et
Consulibus incarceretis nos prout vobis placet
alia vero narrata negarunt prout narrantur
Et datur ad probandum vel deprehendendum. Quo
facto ibidem statim dicte partes hincinde inter
eos lites et causas extingui mortificari in
Magnificum et Nobiles Dominos Petrum de Oborniski
Arcium et medicine doctorem Cracoviensem ac
rectorem Universitatis Crac. et Gregorium de
Schamotuli Sacrorum Canonum professorem Colle-
giatum Iuris Pontificii et penitenciariam Ecclesie
Maioris Cracoviensis ut et tanquam in arbitros
arbitratores et amicabiles compositores
ad complanandum et finiendum ac sopiendum premissa
de alto et basso in forma solita compromissi
de iure et de facto compromiserunt. Promittentes eorum
arbitramentum tenere et inviolabiliter observare
Qui quidem Domini arbitri negocio premisso ad plenum
discusso talem infrascriptam sententiam arbitralem

tulerunt. Cuius tenor est talis ~~537~~ 1050.

In nomine domini amen. Nos Petrus de Oborniyki
artium et medicine doctor Civis Cracoviensis
ac studii Generalis Cracoviensis Rector, et Gregorius
de Schamotuli etiam artium et decretorum doctor Col-
legiatus Iuriscanonici et penitenciarius Ecclesie Cathe-
dralis Cracoviensis arbitri et arbitratores ac
amicabiles compromissarii, inter famatos providos
et prothoconsulem et Consulatum Civitatis Casi-
mirien. iuxta Croconiam, Petrum Crosna de eadem
Casimiria Civem et Isaac Glownija Iudeum ex
una, et inter Venerabilem et studiosos, Mar-
tinum de Vrzandow artium magistrum Bartholomeum
Szczoczki baccalarium et Stanislaum Wilesky stu-
dentem partibus ex altera de consensu earundem partium
stipulata manu in Notarii infrascripti presencia electi
Ex his que per huiusmodi partes proposita audivimus
et intelleximus, arbitramur laudamus
decernimus et diffinimus. Causam et Causas
Controversiam et Controversias inter prefatas partes,
plus ex mutua ignorancia et incognicione perso-
narum, ac potus abundancia, quam ex aliqua le-
gittima Causa ortam et ortas. Proinde omnem
dissensionem et Guerram tam iniuriarum verbalium
quam aliarum, sine omni lesione corporis factarum, inter
prefatas partes quoquomodo exortas, anteomnia suscipiendum
et extinguendum, ac ad bonum sancte et amate pacis
mortificandum, decernimus prefatos magistrum Bacca-
laureum et studentem debere reconciliari predicto
prothoconsuli et Petro Crosna cum Iudeo Isaac per
deprecatoria verba honeste rogando, Ut de omnibus
verbis et iniuriis si quomodo fuissent illata
dignentur parcere, dei et mutue Charitatis gratia
ac pacifice in antea vivere velle. Et econtra premen-
cionati domini prothoconsul Petrus de Crosna et

1051

Isaac, per deprecatoria verba similiter etiam eisdem
magistro Baccalario et studenti reconcilientur. Nec
quisquam eorum amplius impost verbo vel
facto contra huiusmodi concordiam audeat
qualitercumque quicquam attentare sub pena
ducentarum marcarum, quam presenti arbi-
tramento interponimus et vallamus. Cuius
medietas parti tenenti concordiam, et medietas
pro Ecclesia sancti Alberti Martirum Crac.
edere et applicari debebit. Quo autem ad
allegacionem et querelam de et super quinque marcis
per prefatum Stanislaum Wislestri studentem
ut dicitur perditis, et in tali dissensione amissis
coram nobis postremo propositam actionem eidem
studenti integram contra quemcumque culpabilem
et salvam reservamus hac vera sententia
arbitrali mediante.

2839

## Lune x Julij

Discreto Zacharie de oppolye studentem seu scolari
cracoviano. discretus mancus de Curzelow
notarius venerabilis domini Jacobi de Erdzyeschow decre-
torum doctoris quondam rectoris immediati unam
marcam minus grosso pecuniarum per honorabilem Jo-
annem de Wszonow arcibacc. pro tunica coram eodem
domino doctore de Erdzesschow repositam eidem Zacharie
coram magnifico d. petro de obornikij moderno
rectore et apud acta presencia posuit quamquidem mar-
cam a presentibus actis tulit ipsumque Joannem bacc.
quittavit de eadem [illegible] ta [illegible]
[illegible] debiti pro eadem tunica quos dictus
Joannes [illegible] per dictum Zacharie
sub censuris ecclesiasticis presentis iudicis

## Veneris tercia Augusti

2840

Discreti felicis de Brzozowo Archidiaconi ad proposicionem occasione lesionis in pedem lapide proiecto tempore nocturno hora prima circa vel ultra noctem facte et sibi illate laesionis loco tempore suis describendam et estimandam Caspar de nova Civitate eiusmodi facultatis Bachalarius animo et intencione litterarum legitime contestandi negavit narrata prout narrantur petens petita fieri non debere et datur ad probandum vel defferendum hinc ad octavam presentis Bedellis

2841

## Martis xxviiij Augusti

Honorabilis Stanislai Zwogowski de platea hospitalis Cracoviensis occasione decimi floronorum pro quadam barbara mulier per Honorabilem Stanislaum de Lowicz sacre theologie formatum Bachalarium fideiussorum ad proposicionem idem Stanislaus de Lowicz Bachalarius animo et intencione litterarum legitime contestandi negavit narrata prout narrantur petens petita fieri non debere et datur dicto Actori ad probandum vel defferendum hinc ad sedam diem septembris presentis ut supra

2842

Providi Alberti de Biskupicze Actoris ex una et Nobilis Nicolai Sjemijenski Archidiaconi Bachalarii rei et conventi parte ex alia dominus Rector auditis dictarum parcium propositis et responsis occasione Iniuriarum verbalium eas amicabiliter ibidem procedendo sumptibus et expensis rei composuit ipsasque rixas litis et controversias inter ipsos habitas

complanavit expensasque hinc inde compensavit pro
bono pacis partibus Nichilominus pacem habendum ut
rinque minuerit presentibus ut supra

2843

## Sabato vij septembris

Honorabilis Stanislaus de Lowycz theologie bacalarius principalis pro
se ipso coram domino rectore comparens et apud acta presentia
accusavi contumaciam honesti Stanislai de platea
hospitalis Cracoviensis ex principali sua intencione infra tercium
alias presentem diem per memoratum dominum rectorem sibi
limitatum non probavit petens ipsum contumacem
reputari Et in eius contumaciam se ab illius ulte
riori instantia et petitione dicti Stanislai absolvi in
presencia dicti Stanislai de platea hospitalis qui impedimentum
petitionem partis adverse petiit sibi certum competen
tem terminum prefigi ad probandum intencionem suam pro
secunda dilacione alias in defectu detulit Juramentum dic
to d. Stanislao baccalario super contentis sue proposicionis
presentibus ut supra

2844

## Die saturni. xxiij. Septembris

Venerabilem dominum Adam de Cracovia arcium magistrum rec
torem scholae ecclesiae parochialis sancte Marie in Cracovia Hono
rabilis dominus Philippus de Sacrorum Canonum baccalarius
altarista ad statum requirendum et ut asserunt procurator venera
bilis domini Erasmi Wensan sacrorum canonum doctoris
et eo nomine procuratorio de duobus fl. ac quinque gr.
pecuniarum rerum iudicatis alias pro certis libris obli

gatis. Et iam in toto sibi solutis quietavit et liberum dimisit. Recognoscens iam in toto sibi fuisse satisfactum. Promisitque idem procurator quod prefatus dominus Adam Vigier pro premissis non inquietabitur neque molestabitur. Presentibus Bedellis etc.

2845

## Die saturni septima Octobris,

Generosus ac venerabilis dominus Wolffgangus Hungarus studens, seu scolaris studii generalis Cracoviensis ad instantiam famati domini Leonardi Rymar: Civis Cracoviensis ad hodie pro hora audiencie consueta per Andream Sapienciam Cittatus; non comparens pronunciatur contumax. Instantia eodem Leonardo Rymar: presentibus venerabilibus viris domino Magistro Stanislao de Cracovia Allexio de Poznania Hieronimo de Poznania et aliis multis testibus:

Finis actorum Comuttacionis Estivalis. Anni Domini M°. D°. XXV°. Coram Magnifico et Egregio Domino Petro Vedelicio de Obornijky artium et Medicine Doctore per Magistros Scholares et clericos ac alias diversas personas auctoritate Rectoratus Universitatis habitorum.

1055.

# Acta Actorum. coram Magnifico ac Egregio dnō Petro Vedelitio de Obornyki. Artium et Medicine Doctore. in Rectoratu eius Secundo. hyemali cōmutatione: Anno Dnī. M°. D°. XXV°. Inditione XIIIa Pontificatu Sanctissimi in chrō prīs et domini. Domini Clementis PP: VII: anno Scdo:

2817

## Die Martis XIIIIa octobris

Famati dni Joannis Coczwara Cives Cracoviensis actoris et
una, et discreti hieronimi Zakrzewsky. studentis in bursa
pauperum degen. rei et conventi. de et sup certis iniuriis ver-
balibus infamatoriis. hinc inde eis Matris, pte et altera in
causa. Magnificus dns Rector vigore certi cōpromissi in
eum de alto et basso. in forma plenissima facti. partes

easdem ad unitatem et concordiam ac amicabilem compositionem reduxit,
eosque reconciliavit. Ita vero, quod deinceps partes eedem se iniuriis
predictis afficere molestare et perturbare sub pena centum marcarum
minime debebunt, immo in pace ac quiete vivere et se se favore et
gratia prosequi studebunt. Expensas vero inter eas propterea factas,
ac iniurias predictas eis utrinque, ut ex eorum propositis et responsis
dictus dominus Rector cognovit, illatas pro bono pacis hincinde compen-
savit. Presentibus Bidellis universitatis et familia domini.

# Sabbati XXVII Ianuarij.

2848

Famatus dominus Stanislaus Zyniyeczki Civis Cracoviensis coram me
notario publico et testibus infrascriptis apud acta presentia personaliter
constitutus, receptis in effectum atque levatis in numerata pecunia
tribus marcis ad rationem debiti tredecim florenorum per veniblem
dominum Bartholomeum de Wradislawiya arcium magistrum Altaristam
Ecclesiae Sancti Donati in Ecclesia sancte Anne Cracoviensis sitam in actis
presentibus de anno domini 1 c 2 e die tredecima septembris
in sequestrum fructuum dicti altaris assignatorum per veniblem et
Rectorem ac Magnificum dominum Petrum Vedelicium de Oborniyki arcium
et medicine doctorem, almeque universitatis Rectorem sibi ex-
traditis de eisdem prefatum dominum Rectorem ac dictum magistrum Bar-
tholomeum quietavit, salvis octo florenorum et sex grossorum pecuniarum
solvi restandis, presentibus venerabili et discretis viris dominis Ni-
colao de Coprzywnyza doctore et Canonico Cracoviensi Abraam
Gorski Nicolao Cunyczki notariis ac me Stanislao
Joannis de Dambrowa Clerico dioecesis Gnezneny
sacra apostolica auctoritate notario publico.

1057.

2849

## ~~Lune xxix~~ Sab xxvij Januarij

Discretum paulum de Gambyn studentem in Schola .6. annis agentem ad instantiam h. Leonar. actu presbiterij ad dominum officialem Crac. pridem Citatum; et ad hodie ut ipse dicebat hic ad dominum Rectorem remissum. Idem dominus rector inquantum est terminus hodiernus ab instantia dicti Hanobili Leonar. absolvit ipsumque Leonar. sibi in litteis expensis condemnavit instante principali presentibus d. Joanne Jablonzky et Jacobo eiusdem d. Rectoris servitore non comparentibus.

remissio ad Rectorem

2850

## Lune quinta februarij

Venerabilis dominus Martinus de Coprzywnycza artium magister Collegiatus maioris collegij et decanus facultatis artistice receptis a Magnifico domino Petro de Oborniky artium et medicine doctore et Alme universitatis studij Crac. generali Rectore quinque marcis pecuniarum apud eum per Magnificam Annam de Jaroslaw Castellanam Woynyczensem Racionis census pro altari Collegiature ad sanctam Annam quotannis pro festo .6. Martini per octo marcas solvi solit. Venerabili magistro Bartholomeo de Wratislavia ipsius altaris et collegiature possessori nunc a dicto Crac. absenti repetit, ipsumque dominum Rectorem de dictis quinque marcis ad rationem debiti quod idem magister Bartholomeus universitati tenetur et debet, alias iuxta sequestrum superius in actis p.

sentibus [illegible] et per Rex[illegible] dominum Tempus
Crac. admissum et approbatum. levavit et perceptis
quietavit presentibus. venerabili et discretis viris
dominis Nicolao de Coprzywnycza decretorum docto-
re. Canonico Crac. Magistro Adamo de Brzezyny
artium magistro

Spectabilis et Magnificus dominus Petrus de Obornyky
artium et medicinae doctor. Almeque universitatis
studii generalis Crac. rector. de unanimi ut dicebat
votorum. venerabilium dominorum doctorum et magistrorum
eiusdem facultatum studii predicti. honorabilem Magistrum
Simonem de Calysz Causarum Consistorii Crac. procu-
ratorem in sindicum generalem eiusdem universitatis pro-
mulgavit nominavit elegit et deputavit. dans et
concedens eidem magistro Simoni de Calysz ibidem presenti
et sindicaturam huiusmodi acceptanti plenam et omnimodam
potestatem et facultatem omnes et singulas causas beneficiales
et profanas. coram quibuscumque iudicibus tam sepi-
ritualibus quam secularibus agendi tuendi et defendendi
in forma pro[illegible] mandati. cum quoscumque per-
sonas spirituales et seculares. cum potestate substituendi
et aliis clausulis presentibus venerabilibus et honorabilibus
viris. Martino de Nitrsch sacre theologie. Nicolao
de Coprzywnycza. Canonico Crac. et Sigismundo de
Starzycza. decretorum doctoribus. Martino de Co-
przywnycza. Adamo de Brzezyny. artium magistrum

Concus Crac. protestat

Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto die Lune
quinta mensis februarii Venerabilis Nicolaus de Coprzywnycza
decretorum doctor Canonicus Cracovien. actu presbiter. coram
magnifico domino Petro de Obornyky. artium et medicine doctore. Rectore

1059.

alme Vniuersitatis Cracouien. in domo habitacionis Rndi
patris domini Nicolai Bedlenski Scolastici vicarijque in spualibus
gnalis Cracouien. ac in mei Notarij publici et testium infra
scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia perso-
naliter constitutus grauiter cum querela exposuit. Quomodo
nudius tercius videlicet die sabbati tercia februarij proxime
preterita hora vigesima tercia citra vel vlt. in Stuba com-
muni domus collegij duorum Juristarum in publica con-
vocacione duorum doctorum facultatis Canonice, Venerabilis
d. Gregorius de Shamothuli decretorum doctor, confessor
et concionator Ecclesie maioris Cracouien. nescitur quo
spiritu ductus presumitur tamen quod animo eidem domino doctori
Nicolao iniuriandi, ac illum probris lacessandi, talia
sibi vel eis in effectu similia verba, coram recte dominis
vicarijs Rndo domino Joanne Amicino Epo Loodicen. et
suffraganeo Cracouien. Sigismundo de Stazyza decano
prefate facultatis canonice, Martino Belze de Cracouia
Stanislao Scolla de Cazimiria, Laurencio de Slopza et
Mathia de Shamothuli decretorum doctoribus, nullo
pudore prehabito, ac non atento juramento per eum de
honore et reuerencia exhibendis doctoribus senioribus
et precipue sue facultatis in forma prestito, repetitis
vicibus, dixit, Tu turbator, Vniuersitatis studij Cracouien.
gnalis, que verba predicta iniuriose sibi obiecta, idem
dominus doctor Nicolaus ad animum revocauit, et pro
nunc revocat, eamque sibi ad duo millia florenorum auri
in auro extimauit, extimat, malens tantundem et
multoplus de proprijs amittere, quam talia verba audire

et protestatus est sollemnit et expresse de actione pro dicta iniuria ac pena per-
iurij eidem domino doctori Gregorij intentanda tempore et loco suis congruis
et opportunis presentibus. Venerabili et Egregio ac honoralibus et discretis viris
Sigismundo de Stazijza decretorum doctore, Joanne Lesnijza artium magistro,
collegiato maioris collegij Abraam Gorski Alexandro de Bodzaczijn Chri-
stophero Czyrmijenski Nicolao de Sandomiria.

2853

# Martis XIIJ Marcij

Honorabilis Gregorij de Sznijna artium Baccalarij ad
proposicionem occasione triginta sex pecuniarum debiti facti
ad magistrum Joannes de Cazimiria anno et intencione litt
legittime contestatum negat. Et dominus rector
deliberatus faciet faciendum. Die sabbato proximo presen-
tibus Bidellis universitatis etc.

2854

# Saturni .xvij. Marcij,

Honorabili Gregorio de Sznijna artium baccalario prin-
cipali iuxta exigenciam termini hodierni ad au-
diendum decretum domini rectoris comparente atque
decerni decernencia petente Idem dominus Rector
decrevit et mandavit Joanni de Cazimiria
artium magistro iuramentum super contentis proponis
dicti domini Gregorij prestandum. Quod ibidem incon-
tinenti ad mandatum ipsius domini rectoris prefatus
magister Joannes tactis per eum scripturis sacro
sanctis ad S. dei evangelia in forma prestitit
et dixit se nichil teneri et debere ipsi d. Grego-
rio petens se ab instanti et ulteriori impeticione
dicti d. Gregorij absolvi et se liberum pronunciari

Qui quidem dominus rector post prestitum huiusmodi
eius iuramentum ipsum magistrum Joannem
absoluit et liberum ab ipsius d. Gregorii instantia
et impeticione ulteriori pronunciauit presentibus
seruis universitatis

## Sabbati XXI Aprilis,

2855

Honeste Barbare vidue de Cracouia occasione infa
miarum et iniuriarum verbalium et actuarum
ac certarum rerum sibi receptarum de scriuio suo
et sine scia eius, aliarumque rerum lacuis de
scribendarum ad proponendum honorabilis Grego
rius arcium baccalarius de Suyna, Citatus! Citra
approbacionem iurisdiccionis domini rectoris comparere
nolebat in eadem causa ad mandatum domini eius
Rectoris respondere, sed ab eodem decreto re
sponsionis, ad Reuerendum dominum Episcopum Cracouiensem
alias dominum archiepiscopum Gnezuensem verbo
appellauit, Quem idem dominus rector propter
eius futilem et frustratoriam appellacionem statutis
universitatis contrariam a nullo gravamine
factam, iuxta eadem statuta in decem marcas
pecuniarum universitati irremissibiliter soluendas
quatenus voluerit suam appellacionem prosequi condem
nauit presentibus v. viris dominis magistro Michaele
de Vislicia petro Bogxa Joanne Bidelo
et familia domini rectoris

2856

Magister Leonardus Vysulka Collegiatus maioris

Collegij: ad instanciam honesti Mathie de Grabar librorum ligatoris ad hodie Citatus, non comparens pro nunciatione contumax. Instante dicto Mathia principali

finis actorum Commutacionis Hiemalis,

Acta actorum coram Reuerendo pre domino Jo: anne Amicino de Cracouia decretorum doctore dei et aplice sedis gra Epo Laodicien et suffraganeo Crac in Rectoratu eius quinto commutacon estiuali. anno doi 1526 pontificatu S. in Cro pris doi Clementis diuina prouidencia Pape septimi. anno Scdo

Indicione xiiii

tercio

1063 Die sabbathi v May

2858

# Die Maij v

Venerabilis vir dominus Bartholomeus artium Mgr. Rector
schole ad sanctam annam Crac. Triginta tres grossos pecu-
niarum cautionis fideiussorie pro honorabili domino Mar-
celino Zolkyewsky plebano in Culykow ~~[illegible]~~ hono-
rabili domino Martino de Lublin artium Baccalario. Facte
eidem dno Martino Baccalario se teneri recognovit.
Quos triginta tres pecuniarum infra unum mensem
sub censuris ecclesiasticis se solutum obligavit.
Salva antecomia recognicionis super tribus grossis. Vene-
rabilis vir Joannis Pyothrkowsky Buche Jerusalem
senioris moderni pueribus Bidellis et familia domini
ac me Stanislao Joannis de Mordi Crac. Lucrecien.
apostolica auctoritate notario publico et Causarum Coram
Rndo pro dno Joanne Amicino rem suffragante
Cracovien. ac Rectore Universitatis Crac. rem acto-
rum scriba

2859

Honeste Barbare vidue de Cracovia, ad decem infamiarum
et iniuriarum, realium et actualium. Latius describen-
darum. ad Possessionem. Cum honorabilem dominum Gre-
gorium de Sucha Artium Baccalarium factam. Mgr.
Simon de Calisch Causarum Curie Cracovien. procur. nomine
procuratorio dicti dni Gregorii. Ante omnia petiit compell-
dictam Barbaram ut se obliget de parendo mandatis et iurisdi-
cioni Rndi pris domini Rectoris Universitatis rem sub cen-
suris ecclesiasticis. que Barbara incontinenti sponte et absque

quavis contradictione. iurisdictioni prefati domini Rectoris alme
vniuersitatis Cracouiensis studii. sub censuris ecclesiasticis parere obli
gauit in toto. Et partes hinc inde libellabunt feria secunda
proxima ex hinc. ex decreto dni Rectoris. presentibus quibus supra

# Die lune vij May

2860

In causa infamiarum ac iniuriarum realium et actualium
inter honorabilem Gregorium de Suena artium Baccalar. ex
vna et honestam Barbaram viduam de Cracouia ex altera parti
bus vertens. facta amicabili compositione partes prefate inter
se. dictus dominus Gregorius. omnes et singulas res quocunque
nomine vocitentur per eum ~~dicte~~ occupatas et quolibet detentas.
feria quarta ex hinc proxima prefate Barbare restituet. Et
sibi ipsa Barbara. quinque florenos pecuniarum per xxx gr. com
putando. mutuatos feria quinta immediate sequenti. ipsi Gre
gorio soluet seu et restituet. ad quod ipse partes hinc inde sub
censuris ecclesiasticis se. faciendo obligauerunt. Et insuper ipse
partes obligauerunt et submiserunt se. sub vadio decem marcarum
pecuniae. amplius non diffamare nec aliquibus verbis et oblocu
tionibus ~~[illegible]~~ sinistris inquietare. et ipsam concordiam tenere.
cuius vadii medietatem pars contrauenientis. parti concordiam tenenti, medie
tatem, et ~~parte~~ domino Rectori medietatem. irremissibiliter sub
censuris ecclesiasticis soluet. presentibus Bedellis vniuersitatis studii
Crac. et familia domini Rectoris
Omnes res dicti Gregorii et quinque florenos &c.

# Die veneris xviii May

2861

Honesta Barbara de Cracouia vidua. quinque florenos pecuniarum
in concordia desuper facta. specificatos. die Crastina. prestito
tamen antecedenti. per honorabilem dominum Gregorium Baccalar. iura
mento corporali. quo ipse omnes et singulas res per eum quolibet
detentas violenter. dicte Barbare. ~~restituet~~ ~~[illegible]~~ restituet

1065.

prefato dno Gregorio sub censuris ecclesiasticis solutura se obligavit. presentibus Bidellis universitatis et familia dni Sebastiano de Makow. Mathia Ilkusch Capellano. ac me sta° rem notar dni

2862

# Sabbati xix Maij

Honorabilis dominus Gregorius de Suyna artium Baccalar tactis sacrosanctis scripturis Evangelicis. iuravit. mox decretum dni. in forma solita. quo ipse omnes et singulas res quoquo nomine vocitentur per honeste Barbare vidue de Craconia. restituit. Et hereditem incontinenti recognovit quia quinque florenos pecuniarum in concordia specificatos et obligatos. a prefata domina Barbara recepit et in effectu levavit. de quibus quinque florenis eandem dictam Barbaram quittat et quittavit. inscriptos de eisdem factas mortificando. presentibus honorabili Mathia Ilkusch Capellano Sebastiano de Makow ac me sta° de Lilorde. publice notarijs. dni familiis.

2863

# Die veneris viii Junij

Honorabilis vir dominus Stanislaus de Lowycz Sacre Theologie professor, ad sanctam annam Crac predicator. coram dno et ad acta presentia personaliter constitutus. duos florenos pecuniarum per triginta gr computando. cuiusdam Cancionis fideiussorie. ponens se principalem. Domine Barbare relicte olim famati dni Joannis Haller Consulis Civitatis Cracoviensis. se teneri recognovit. quos sub censuris ecclesiasticis. pro festo Sancti Joannis Baptiste proximo. se solutum obligavit. presentibus ut in domo. quibus supra

2861

~~545~~ 1066.

# Martis xii Junij

Venerabilis vir Leonardus Wysuka artium Mgr maioris Collegij Collegiatus ex decreto domini statuit evictorem quendam Wargzinowsky studentem. Helie Judeo medico oculorum. ratione cuiusdam marce pecuniarum sibi Helie pro medicinis debite. infra hinc ad sex septimanas. in defectu vero non statutorum dicti evictoris incarcerabit. quo non fecerit dictam mediam marcam pro prefato Wargzinowsky presentibus. familia domini ~~[illegible]~~

2865

# Mercurij xiii Junij

Mgr Simon de Calisch nomine procuratorio honorabilis domini Leonardi, ~~[illegible]~~ plebani in Smarzowicze. studentis alme universitatis Cracoviensis. occasione librorum quarte partis lire. sermonum rosarij. et Catholici sanctorum et aliarum rerum sibi furtive receptarum. et apud honorabilem Paulum artium baccalar. preventarum. ad presentem. dictus Paulus. anno litto legittime constituit. recognovit dictos tres libros. apud se. a quodam Nicolao de ~~[illegible]~~ Zaczyna studente in medio florenis. fuisse invadiatos. Et dominus auditis propositis et rursus ex confessatis decrevit. qualiter ipse Paulus Crastina die hora decima dictos tres libros coram domino reponat. et ibidem iuramentum prestabit et faciet. quomodo. alios libros et res alias dicto domino Leonardo furtive receptas ita se non habet neque de eis scit. Ipse etiam dominus Leonardus similiter prestabit iuramentum ibidem. quod non tenetur aliquas pecunias dicto Paulo. presentibus Bidello Joanne universitatis. Stanislao de Clepacz notario domini Simonis de Calisch publico ac me stanislao quo supra

2866

# Jovis xiiii Junij

Honorabilis Paulus artium Baccalarius de Gambyn. dioc. posnaniensis domini pridie factum. iuravit in forma solita ad sancta dei Evangelia. quomodo non habet alias libros neque alias res et nec de eis scit. domino Leonardo plebano in Smarzowicze furtive receptos. preter hos tres vezt quarta partem lire. Rosarium sermo

1067.

# Jovis xxviii Junij

Ad propositionem venerabilis Mgri Simonis Senioris Curse pauperum occon mense venerabili Mgro Leonhardo Vysulka maioris Collegij Collegiato in mutuum concesse, dominus decrevit quatinus prefatus dns Leonhardus iuxta confessatam suam mensam predictam eidem dno Simoni infra octo dies sub censura restituat. Et hic idem ad recommendationem dicti dni Leonardi occon mense et aliarum rerum cuiusdam Mgri Bartolomei Jui debitoris per dictum dominum Simonem retentarum, dns sibi decrevit quatinus mensam dicti Mgri in duobus flor. pecunie quos idem dns Bartholomeus prefato dno Leonardo tenetur infra dies octo det et tradat sub censuris ecclesiasticis. Et nihilominus dns Leonardus submisit se tueri ac indempnem reddere occon dicte mense ipsum dominum Simonem a prefato Mgro Bartholomeo sub censuris presentibus familia dni et Andrea Bidello universitatis ac me Stanislao quo supra notario dni

Discretum Stanislaum de Platea Sutorum Crac. studentem ad audientiam dici hodierne ad horam decimamnonam per dominum officialem Cracoviensem huc remissum pro iustitia ministranda, instante discreto Martino de Rzeczicza studente dominus pronunciavit contumacem

Ad Nomen discreti Martini de Rzeczicza studentis occon cuiusdam securis valoris xv gr. factam discretus Stanislaus de Platea Sutorum purgando contumaciam eandem sibi tueri fassus est. quam ex decreto domini restituet in octava sub censuris presente familia domini

## ~~Saturni~~ Veneris vi Julij

Discretus Stanislaus studens de Platea Sutorum secundum pro qua erat citatus ad instantiam discreti Martini de Rzeczicza

iuxta decretum domini desuper factum. ad acta reposuit
quam ipse Martinus recepit effectualiter. occasione eiusdem ipsum
Joannem stanislaum quittavit. presentibus ut in domo

2873

## Die saturni vij Julij

Joannes de Squirnyowicze citatus per Joannem Bedellum
ad instantiam Joannis de Brzezyny occasione fractionis pedis
ad personam latius inscriptis dandam. negat narrata
prout narrantur et datur ad probandum vel deferendum

2874

## Die Martis x Julij

Discreti Joannes Byeszyckyerski et Stanislaus de Brzezyny
per Joannem Bedellum ad instantiam Joannis de Brzezyny
ad perhibendum testimonium veritati in causa fractionis
pedis. Citati. iuraverunt in forma solita de dicenda veri-
tate. Et hic Joannes de Squirnyowicze studens per eundem
Joannem Bedellum ad dandum interrogatoria et ad videndum
iurari testes. Citatus. interrogatoria facta produxit. presenti-
bus ut in domo. petens iuxta ea examinari testes

2875

Ad propositionem discreti Mathie de Poltowsko studentis
ad sanctam annam. occasione percussionis et vulneracionis fa-
ctam. discretus Joannes de Bychawa iuniori negavit narra-
ta prout narrantur. Et datur ad probandum vel de-
ferendum
et Joannes Campnonator
Dominus ex decreto suo detulit iuramentum parti rei. quod prestabit
Ita quinta proxima

2876

Ad propositionem discreti Stanislai de Ploczska occasione verbe-
racionis et capillacionis factam. honorabilis felix de
Dzywlye artium Baccalar. recommendo. allegavit se
a dicto Stanislao malis et iniuriosis verbis tum et
percussionibus primum invasisse. ipso negante Sta. ut
dat partibus ad probandum

2877

Dominus Judex ex decreto suo vallavit vadium decem marcarum de securitate et pace habenda, inter venerabilem discretos Magistrum Bartholomeum de Czaxta Dambyna Rectorem ad divam annam Mathiam de Poltowsko et Stanislaum de Plozska ex una, ac honorabilem felicem de Dzywlye artium Baccalaureum Joannem de minori Bichowa et Joannem Campanatorem de divina anna ex alta partibus

2878

Dominus instantia Mathia de Poltowsko studente de divina anna, Joanni Campanatori et Joanni Bichawsky studentibus de divina anna, ad prestandum iuramentum super propositione ipsius Mathie, quod vero ipsi nesciunt nec aliquem subordinaverunt et nec soli percusserunt, nocte ipsum Mathiam, ad feriam quintam proximam terminum assignavit, partibus familiaribus domini

2879

## Mercury xi July

Ad propositionem occasione cuiusdam paly

2880

## Jovis xij July

Discreti Joannes Bichawsky et Joannes Campanator ad divam annam iuxta decretum domini iuraverunt seu parati erant iuramenta prestare, quod vero ipsi non percusserunt Mathiam de Poltowsko studentem, et nec aliquem subordinaverunt ad id, In puncta partis eosdem de iuramento huiusmodi liberos dimittentes. Et dominus dictos Joannem Bichawsky et Campanatorem ab instantia et et impeticione ulteriori dicti Mathie occasione dicte percussionis absolvit, partibus quibus ipsis se reconciliare et favore tamen prosequi mandavit, partibus, domino Bartholomeo de Czaxta Dambyna artium magistro ac ceteris multis studentibus ac me Stanislao Joannis

1071

2881

Dominus. iuxta termini exigentiam, ad propositionem Stanislai de Ploczska occasione percussionis et capillacionis, honorabilem dominum Felicem de Dzywlye artium baccalarium ipsam capillacionem Stanislai fatentem, iuxta statuta universitatis de iniectione manuum violenta promulgata in pena pecuniaria octo grossorum dno Rectori exsolvenda, condempnavit, quos octo ex infra quindecim dies sub censuris reponit, et instanti omnes controversias iniurias que hinc inde Matas inter partes litigantes causa pacis mutue et favoris, necnon impensas compensavit, partibusque ipsis se reconciliare et favore prosequi mandavit

2882

Et hiidem dominus Rex Mathiam de Poltowsko et Stanislaum de Ploczska studentes alme universitatis Cracoviensis de dicta anna, propter armorum delacionem et nocturnam tabernarum frequentacionem, iuxta statuta universitatis concessa, in pena unius fertonis dno Rectori solvenda, condempnavit, quam infra quindecim dies reponent, sub censuris, partibus quibus supra et familia dni. ac me stante Jovis

2883

## Die Martis XVII July

Venerabilis dominus Martinus Belze de Cracovia doctorum Doctor Lector ordinarius, etc. Citatis per discretum Joannem Bedellum universitatis, venerabilibus dnis Nicolao de Coprzywnicza Canonico Crac. et Stanislao Srolla de Cazimiria, Doctoribus, Con. eosdem verbo, occasione infamiarum et iniuriarum verbalium, latius inscriptis deductarum proposuit, ac super libello articulato desuper producto litem contestari petyt. In presencia venerabilis Nicolai de Coprzywnicza Doctoris, etc. copias libelli et termini dicendi contra petentes, et obtinentes ad octavam, quantum vero ad dominum Stanislaum Srolla Doctorem etc. non comparentem, petyt pronunciari contumacem. Prefato dno Nicolao de Comprovincia Doctore etc. assecto procuratore Canonico de Rathihabicon, dicti dni Stanislai Srolla, ferias a iure concessas allegante et illis gaudere volente. Causa

ac eorum fervos et complices

Actio contra Canonicum Cracoviensem

Iniuriarum fuisse et petente de plano procedi ac litte super suo articulato contestari debere, Dno Nicolao doctore assistente pro cure replicante et alegante, suum principalem dnum Stanislaum Srolla, nil scientem de et super quo sit conventus et super quo respondere debeat. Et dominus prefatum dominum Stanislaum Srolla, non comparentem citatum, pronunciavit contumacem, cuius contumacie effectum suspendit ad octavam, partibus non contradicentibus, presentibus honorabili Mathia de Ilkusch capellano dni suffragantis Joanne Bedello universitatis ac me stae Joannis s. q. s.

2884

# Jovis xix Julij

Discretus Joannes de Squirnyowicze Brzezyny citato Joanne de Squirnyowicze studente alme universitatis Cracoviensis per Joannem Bedellum dicte universitatis petiit in causa post testium inductionem concludi. Prefato Joanne de Squirnyowicze ~~petente~~ impediente conclusionem, petente quoque publicari dicta testium ac eorundem sibi copias dari ac terminum dicendi contra, et obtinuit ad diem sabbathi proximum post sancti Jacobi apostoli festum, presentibus Joanne Bedello et reliquis ut in domo

2885

# Die sabbati xxviii Julij

Discretus Joannes de Brzezyny studens alme universitatis Cracoviensis, nunc termini exigentiam, contra exceptiones per Joannem de Squirnyowicze ex principalem, contra testes et eorum attestationes ~~productas~~ ~~partis~~ ex parte sua inductos, datas, dixit generalia contra. Et in causa concludi ac sententiam diffinitivam ferri petiit, presentibus ut in domo

2886

In Causa iniuriarum verbalium et infamiarum, Venerabilis dominus Martinus Belze de Cracovia decretorum Doctor Lector ordinarius iuxta terminum exigentem replicam contra exceptiones pro parte venerabilium dominorum Nicolai de Comprovincia Canonici Cracoviensis et Stanislai Srolla de Cazimiria decretorum Doctorum. Dat. verbo generalia dixit contra Canonicum Crac. interloqui petens. Ex adverso prefatus venerabilis dominus Nicolaus Doctor suo et alterius collitigantis prefati sub ratihabitione nominibus et parentis super meis exceptionibus hinc inde produxit et factis similiter interloqui petiit. Presentibus ut in domo ac me Stanislao Joannis de Lublin

## Die Mercurii viii Augusti

2887

Ad propositionem discreti Mathie introligatoris librorum, occasione saxagene pecuniarum, sibi de mandato cuiusdam honorabilis Stanislai de Wloduye plebani in Stara Rawa, per litteras certas de manu et sigillo eiusdem Stanislai. Fact. recipiendum. Commisse. Mgr Leonardus Wysuka Mgr de maiori collegio amo litte legittime contestan. confessus est se dictam saxagenam dicto domino Stanislao de Wloduye teneri et debere quam habita cautione sufficienti proborum virorum de indempnitate occasione eiusdem saxagene obtulit se dare ex decreto domini. Dabit in manus dicti Mathie introligatoris alias hic ad acta reponet, infra hinc ad quindenam sub censuris ecclesiasticis presentibus ut in domo

2888

## Mercurii xxii Augusti

Venerabilis Mgr Leonardus Wysuka parendo decreto domini ducum facto, sexaginta gr. pecunie polonicalis ratione cuius per Mathiam introligatorem fuit commentus hic ad acta reposuit, petens iuxta decretum domini occasione

eiusdem sexagene, Cancione sufficienti, de indempnitate sibi
provideri, presentibus ut in domo. Et in hanc viam litteras
sub sigillo et titulo Stanislai de Wolodnye plebani in sta
ra Rawa et manu eiusdem plebani scriptas, mandatum ad
tolendum pecuniam ab ipso domino Leonardo, continentes, ut dominus
Leonardus ab actis recepit. Et hinc idem Mathias pa
ratus erat statuere fideiussores quos adduxerat, dummodo
pecunia bona alias moneta polonicalis daretur sibi
nec voluit Szwenyczyen accipere tanquam e regno pro
clamata, cuius erant in ipsa prefata sexagena gr.
xx. Et incontinenti prefatus Mathias quadraginta
quattuor gr. de ipsa pecunia reposita recepit. Resi
duitate vero sexagene vigesimi sedecim gr. in moneta
polonicali, infra hinc ad quindecim. Magister Leonardus
in sua prefato Mathie se exolutorum obligavit
presentibus ut in domo.

2889

# Jovis. xxx. Augusti

Venerabilis dominus Stanislaus Srolla decretorum Doctor re
omnes et singulos actus in causa infamiarum et iniuria
rum per venerabilem dominum Nicolaum de Comprovincia de
cretorum doctorem Canonicum Cracoviensem re nomine ipsius.
Contra venerabilem dominum Martinum Belze decretorum do
ctorem gestos approbavit et ratificavit iuxta terminum exigen
ciam ad hodie assignati, presentibus discretis Stanislao de
Wischegrod et Joanne de Schamotheli Stanislao Zachei
de Cracovia et Joanne de Chrzanow ac me sta. q. supra

contra Cancii

2890

Venerabiles domini Nicolaus de Comprovincia Canoni
cus Cracoviensis et Stanislaus Srolla de Cazimiria re
decretorum doctores petierunt eis ex officio procuratorem
dari et assignari. Et dominus visa eorum instancia et
peticione diligenti, Magistrum Simonem de Calisch in pro
curatorem fide deputavit et dedit procuratoris salario
competenti salvo presentibus ut supra. Et in continenti

Item

1075 Procurium

Et incontinenti

Item

Venerabiles domini Nicolaus de Comprovincia et Stanislaus Srolla prefati, decretorum doctores, prefatum Magistrum Simonem de Calisch Causarum Conventus Cracoviensis procuratorem tanquam ex officio eis deputatum necnon Stanislaum de Wissehogrod, ambos in solidum, unacum potestate substituendi, contra venerabilem dominum Martinum Belze de Cracovia decretorum doctorem, rei in causa infamiarum et iniuriarum ut dicitur, sibi illatarum, ad agendum et defendendum in omnibus et per omnia et incaementa quevis licita et honesta in animam constituendum prestandum, alias quoque in forma mandati plenissime in suos veros, certos et legitimos constituerunt procuratores, presentibus quibus supra

2891

# Martis iiii septembris

Item

In causa infamiarum et iniuriarum verbalium venerabilis dominus Martinus Belze de Cracovia decretorum doctor iuxta terminum exigentiam petiit interloqui. Et ad respondendum libello suo articulato commencionali, venerabiles dominos Nicolaum de Comprovincia Canonicum Cracoviensem et Stanislaum Srolla de Cazimiria decretorum doctores ex principalis cogi et compelli infra hinc ad sedem iuris, alias quoque ipsos non comparentes contumaces pronunciari, aut prepetita in contumaciam eorum fieri, ut dominus visa instancia debita predicti domini Martini Belze in contumaciam prefatorum dominorum doctorum non comparentium et ultra horam solitam expectatorum interloquendum, decrevit respondendum libello predicto ac super eo litem contestandum infra hinc ad sedem iuris, exceptionibus partis adversae non obstantibus, quas in locum suum reposuit hac s. d. s. interlocutoria mediante, presentibus

Honorabilibus domino Joanne Amicino Juniore Mathia Ilkusch Stanislao Zachery familiaribus dni

2844

# Martis xviii septembris

Magister Simon de Calisch nomine procuratorio venerabilium dominorum Nicolai de Comprovancia Canonici Cracoviensis et Stanislai Srolla de Cazimiria decretorum doctorum citatione debite exequutta reproducta accusavit contumaciam venerabilis dni Martini Belze de Cracovia ~~[illegible]~~ decretorum doctoris etc, in contumaciam eiusdem libellum recommencionalem produxit eidemque responderi petiit. In preterea Magister Andreas dni Vrzanckow prefati dni Martini Belze procuratoris petentis copias libelli predicti et terminum dicendi contra ad primam, Et incontinenti idem Andreas nomine quo supra procuratorio, Citato magistro Simone de Calisch procuratore prefatorum dominorum doctorum per certum executorem Mathiam de Ilkusch Capellanum dni petiit eundem cogi et compelli ad respondendum libello articulato Conventionali pro parte prefati dni Martini Belze iamdudum producto, iuxta decretum dni et sententiam interlocutoriam, responderi iam pede dudum factam. Et dominus decrevit, quatinus partes ad Conventionalem et recommencionalem eorum libellos hincinde productos in octava responderant. pari quoque passu in causa procedant, presentibus honorabilibus et discretis Mathia de Ilkusch Capellano dni, Stanislao de Wysschogrod et Stanislao Crabus de minori florencia notariis publicis et ceteris familiaribus dni

Item

1077.

# Martis xxv septembris

2893

Jn causa iniuriarum et infamiarum [illegible] de Calisch venerabilis et [illegible] Nicolai de Cow [illegible] procuratoris [illegible] Stanislai Krolla de Cziniia lectoris ordinarii, diuersum decretorum doctorem, ad [illegible] de verzanchow nomine venerabilis domini Martini Belze de Crasonia decretorum doctoris, ad [illegible] diuersorum, libellos propter quod diuersorum decretorum hinc inde [illegible] et [illegible] in hac causa [illegible] et [illegible] legitimo contradicendi, per verbum non recte opponendo, [illegible] et [illegible] esse minus vera, salvis eorum [illegible] et in admissibilibus. Et [illegible] in hac causa, ad probandum vel deffendendum, publicum honorabilis domini Stanislai Fruschawer de Lanczuto Zalyeschi, Joannis de Dzyrzyn [illegible] [illegible] et [illegible]

# Mercury iii octobr

2894

Jn causa iniuriarum discretorum Joannis [illegible] decretorum Stanislai Krolla de Cziniia, et honesta domina [illegible] domini Gregory de Rzhamothuli, decretorum doctoris, [illegible] ad instanciam venerabilis domini Martini Belze de Crasonia decretorum doctoris actoris, [illegible] fructuum de angelicis et [illegible] [illegible] et forma [illegible] de diuersa veritate, inter [illegible] domum doctoris Martinum Belze ex una et venerabilem [illegible] domum Nicolaum de Cenyradimia canonicum Cracouiensem [illegible] domum Stanislaum Krolla doctoris [illegible] de alteri [illegible] [illegible] [illegible]

2895

# Sabbathi vj octobr

Robertus et dñs Petrus Myrhalowsky dicti studens alme vniuersitatis Cracouien. in nostra facultate reperiuntur, in nostra vniuersitate pende pro dñ officiales Cracouien. hic, quod dictus Joannes animus Cyprus laudens tutus Rectorem vniuersitatis petit. pro sinistria dimittendi et de obligatione vnius. Cui dñs Petrus Lazarus Procuratorium produxit et exhibuit

1079.

Acta actorum Coram Magni
fico et Egregio viro domino
Luca de Noskow artium et Me
dicine Doctore. Lectore Ordinario
eiusdem. phizico Regio. Precon
sule. Ciuitatis. ac Rectore alme
Vniuersitatis studij. Cracouien.
in Rectoratu eius. Comuta
cione hyemali. Anno. Indicio
ne. Pontifficat quibus supra

:p̃mo:

Presentibus venerabilibus dominis Joanne Lewyczky Cantore Plocen. ecclie et Simone actium Magro Bursae pauperum seniore ac Ceteris dni familiaribus

Die Martis xiii Nouembris

In Causa appellacionis iniuriarum verbalium et maxillacionis, inter nobiles et discretos Nicolaum Ostaschowsky ex vna et Albertum Wytho Stawsky+ ex altera partibus vertentibus, dominus Rector ~~[illegible]~~, approbando suam inter ipsas partes per venerabilem Magrum Simonem Bursae pauperum

+ de Bursa pauperum studentis +

rum seniorem, desuper et occasione premissorum latam et promulgatam, decrevit quatinus partes ipse se mutuo reconcilient ac se invicem fraterna caritate prosequantur. et signanter prefatus Albertus Wythoslawski maxillans, se humiliet et reconciliet dicto Nicolao Ostaschowski inquantum melius expedire videbitur, verbis deprecatoriis et amicis, Preterea penam in qua per dominum seniorem iuxta statuta + extat condempnatus sub censura solvat. Et insuper volens partibus ipsis de pace providere vadium decem marcarum, ne se verbis aut verberibus impetrat, inter easdem partes duximus interponendum. Medium partis premissa tenenti et medium dominus Rector, per partem contravenientem solvens, hac vera sententia diffinitiva mediante, expensas hinc inde factas compensans, partibus quibus supra

+ ipse Wythoslawski +

2898

In causa capillationis et iniuriarum verbalium dominus Rector, discretos et nobiles Nicolaum Chelinsky, Albertum Wythoslawski et Erasmum de Bodzanczin, tanquam reos, ab instantia et impeticione Stanislai Prusynowski actoris, contumaciter ab audiencia domini discedentes, absolvit, partibus quibus supra

2899

## Mercurij xxi Novembris

In causa occasione trinice donate et aliarum iniuriarum verbalium inter nobilem et nobilem Glynka de et de Canonicum vertentes, partes prefate volentes litti iuri et cause cedere

: Stuczen uni: [illegible]

Sumptibus quoque et impensis parte cupiente per modum ami-
cabilis compositionis, in Magnificum et Egregium dominum
Lucam Noskowsky rectorem universitatis Cracoviensis,
tanquam in Judicem arbitrum et arbitratorem compromiserunt
in eorum personis propriis manibus solemniter stipulantes
promittentes ratum et gratum tenere inviolabiliter quod serva-
re quicquid decretum et promulgatum fuit in causa
huiusmodi ratione inter ipsas partes vertente sub censuris
et penis in decreto prefati domini arbitri desuper et infra
facto appositis. Et incontinenti prefatus dominus
Rector, tanquam arbiter de consensu ipsarum partium
compromittentium electus auditis hinc inde partium
ipsarum propositis et responsis decrevit et sententia
ait. Quatinus ipse dominus Canonicus
duos flor. monete etiam polonicalium prefato
Glynka studenti universitatis predicte, pro ipsa
Ponica solvat, quorum florenorum unum in octava et
reliquum florenum ab hinc in quindena, sub censu-
ris ecclesiasticis aliis sub penis a jure statutis et debi-
to obedientie in tale, solvat et reponat realiter et in effe-
ctu. Et in super vadium decem marcarum de secu-
ritate vite et pacis mutuo servanda interposuit, cuius
vadii medietatem et domino Rectori et in hac parte
arbitro seu amicabili compositori, pars concordie
huiusmodi contraveniens, solvet irremissibiliter sub
penis a jure statutis. Decrevit insuper dominus Ju-
dex ut ipse partes mutuis effectibus et verbis amicis
se reconcilient, quod partes ipsam concordiam appro-
bantes mox et incontinenti fecerunt, ac omnia et sin-
gula premissa sub penis predictis se tenere et invio-
labiliter observare subiciunt, presentibus discretis

: parte concor:
diam tenente:

# Muttat̃ annus sequit 1521

2900

## Iouis vltima Januarij

Discretus Joannes Artium Baccalarius Vniuersitatis Studij Cracouiensis Sapientia seu Bidellus retulit, quia de mandato dni, ad instantiam venerabilis dni ~~Georgii~~ Nicolai Doctoris lectoris ordinarij Canonici Crac. Citauit ad audientiam dicti hodierne vsque ad horam xxi venerabiles dnos Gregorium de Schamotuli et Martinum Belze de Cracouia decretorum doctores rectoribus presentibus dnis Rectore, Martino Belze, et discreto Joanne de Ostralanka

2901

## Die Veneris xv. februarij

Iniuriarum et infamiarum realium et actualium in Causa inter Venerabiles et Egregios viros dominos Nicolaum de Comprouincia decretorum doctorem lectorem ordinarium et Canonicum Cracouiensem ex vna, et Gregorium de Schamotuli maioris ecclesie Cracouiensis penitentiarium, et Martinum Belze de Cracouia decretorum doctores et lectores ordinarios, etc. ex altera partibus vertente, Dominus Rector Vniuersitatis almae studij Crac. ~~nec~~ de consilio Venerabilium et Egregiorum dnorum patrum et seniorum maioris domus studij Crac. Conuocationi, iuxta terminum exigentiam interessentium et in stuba comprehendente domus Collegij maioris considentium, ad decidendum Causam huiusmodi et reliqua vniuersitate predictam tangentia, vocatorum, terminum hodiernum cum toto negocio Causae huiusmodi ad futuram Conuocationem proximam prorogauit, et limitauit. Et nihilominus penam decem marcarum pecunie polonicalis inter ipsas partes de pace habenda, ne se verbis

+ Et Stanislaum Scolla de Rzimiria decretorum doctore.

Contra Canonicum Crac.

1083.

Die Martis

Acta actorum coram Venerabili et eg°
Magistro Martino de Ylkusz Sacre theo
logie professore Ecclesie Sancti Nicolai
extra muros Crac. plebano Ac Rectore
alme Vniuersitatis Studij generalis Crac.
In Rectoratu vero ipsius Quarto Com:
:mutatione Estiuali Anno 1521 In:
:dicione xv Pontificis quibus supra

2903

Die Martis xviij Junij Venerabilis Mgr Jacobus de
Szczepcz Collegiatus minor Collegij artistarum Legittime
de mandato domini Joannem de Moczonowo Sacrum Vni:
:uersitatis ad instanciam duorum Nicolai Grosz mercatoris
et Andree Aurifabri generis sui ciuium Crac. citatus
occasione cuiusdam argenti Vicz duorum picariorum vnius
maioris deauratij cum tectura Et alterius minoris non
deauratij et quoque coclarium argenteorum per honestam
Zophiam bone memorie Stanislai Aurifabri in pla:
:tea fratrum quondam relictam apud ipsum in quindecim florenos
pectoniarum per medium sexagenam quemlibet florenorum compo:
:tando inuadiati in bona pace et charitate recognouit
illud argentum vt premissum est fuisse inuadiatum ad
restituendum se obtulit et obligauit quam primum aduenerit
Boczanij Judeus apud quem asseruit se habere
Venerabilis magister Martinus Cerdonis Maior Collegii Collegiatus Recognovit coram me Notario publico citatus ad Instantiam famati Ambrosii de Cerelonia se eidem tenere quindecim pecuniarum Et petiit ad quindecim sibi offerri Dominum solutionis dicens in ex relatione Notarii quod coram eo fassus est admisit et per sub pena excommunicationis presentibus Laurencio de Przemyslia Mathia de Nova Civitate et aliis

3189

Die Jovis Septima Augusti

Venerabilis magister Martinus de Cerdonia Maior Collegii Collegiatus citatus ad Instantiam Sebastiani Chomynski de Crac. pro rebus vicis duabus strictilibus vestibus sive tunicis alias Szupyczc Birctow latum rubeum Et ulnam cum media panni flavi restituendi se per octavam eidem omnia submisit sub censura Et ibidem circa acta monitus est presentibus Mathia de Nova Civitate Laurencio de Przemyslia etc.

3190

Die Martis xix Augusti

Constitutus presentatus ad acta famatus Joannes Medic de Platea Wisslucensis Et Mathias Francovicz de Legnicz in negocio causae quod coram Rectore ut eos ab uno ad alterum anno versat Dominus ob spem fiendi concordie et amicabilis compositionis ut eos distulit terminum de consensu partium huic et festum S. Michaelis proxime futurum presentibus notario et familia domini

1213.

Die Martis xxiij Septembris

Constitutus venerabilis Magister Martinus de Trzadowo ad acta presencia constituit suos legitimos factores, procuratores et rerum suarum ordinatores et specialiter ad acceptandum hitaciones vel etiam beneficia per Andrieum Collegiate Spectantem aut Spectancia vicz venerabiles ac Egregios viros Magistrum Simonem de Schamotuli Doctorem Medicine et Magistrum Jacobum de Ysla Ylsza Sacre Theologie Baccalaureum in sua absencia et licencia sibi gessa per dominum Rectorem infra hinc et festum S. Simonis et Jude Apostolorum presentibus familia domini et me notario.

# ACTA ACTORꝝ coram Venerabili & Egregio viro, Domino Nicolao de Vieliczka Artium & Medicinę Doctore, Canonico Poltouien̄, ac Rectore alme Vniu'sitatis studij gn̄alis Cracouien̄, quē Rectoratū gessit, Anno Dn̄i M, D XXXIII, cōmutatione hiemali.

## Die Mercurij xxix Octobris

Cyper de Bielsko scolaris proposuit quod Stanislaus de Drogyczyn studentem in scholis diue Anne manente quod accepit ei tunicam calceos et sedecim gr. pecuniarum Rector ex confessatis eiusdem Stanislai decreuit et mandauit ut prefatus Stanislaus restituat scholari predicto tunicam calceos et sex gr. pecuniarum hinc ad festum sextam proximam sub pena dupli defalcatis residuis pecuniis pro necessariis prefati scholaris exposita Et in continenti monitus est coram domino Rectore per seruum vniuersitatis vt satisfaciat decreto presente familia domini Et me notario publico

## Die Martis quarta Nouembris

3194

Venerabilis Magister Martinus Goszlyczky proposuit quod Nobilem et studiosum Nicolaum Vyethwyczky studentem quod librum suum in mutuum ei datum perdidit Rector ex confessatis eiusdem Nicolai Vyethwyczky mandauit vt pro libro amisso reponat Magistro Martino prefato quindecim gr. hinc ad duas septimanas sub pena dupli Et in continenti monitus est per sapientiam Et nihilominus prefatus Magister Martinus subiecit se si et inquantum dictus Nicolaus Vyethwyczky inuenerit librum prefati Magistri et restituerit eidem hinc ad decursum vnius anni Magister prefatus restituto sibi libro Restituet quindecim gr. predicto Nicolao studenti presentibus Joanne de Crac Valentino de Ropczyce et me notario

## Die Jouis xx Nouembris

3195

Ex mandato domini Rectoris Doctores et Magistri Minoris Collegij circa prandium ad tabulam sedentes moniti sunt vt omnes et singuli veniant ad mensam et sedeant in vestibus decentibus statui eorum congruentibus vt puta tunicis longis tallaribus more clericali factis et biretis rotundis sub pena sex gr. Toriens quotiens ab transgressoribus exigenda per me Joannem de Morzonow scriptorem vniuersitatis Juratum Et auctoritate Apostolica notarium publicum In presentia Valentini de Ropczyce scriptoris vniuersitatis et Petri Pyotrowsky canonici Kruszwyczensis Ambrosij de Posnania ambo studentum testium ad hoc vocatorum et requisitorum specialiter

Die Mercurij xxvij Novembr
Stanislaus Korzanowsky studens cum
ad petend Laurentij de Przemysla Shandke
non compares a vltr ppositam petendi pe
tionem Rectorem Cumanty est gratia

Die Eadem
Venerabilis frater Richard de Dysshyrst Sebes
tiany de Cheparo. et Bartholomey de Ponte Re
gali vellegati nostri Collegij Cracouie ritual
ad reponendum plura impedimenta sedis ad Ta
bulatu in Dessky ebdis et Lagouiby et Ra
dam domi Lectore Computato nomine vnius co
munitatis Collegij pfati protestati se ab huius
mandato absolui allegando id ad statuta in Sta
tuto vniuersitatis nrre in quibus Collegij cauet
ur et huius mandat sic et ipsius in
antigua in eod Collegio diu tulerunt. Dom
Rector vicem huius allegandi vt potest fa
cere. Iterumq; requisitus eam in plena fac
tione sua et solutione ad ecclesiam debitis di
ebus subpena dupli cito mandat fieri
Ita scripsi vbi supra et protestatus appellauit
ad Dnm Papam et Sedem Apostolicam
ac Dnm Legatum. Actum in Cracouia in
nostro Collegio Anno die mense et loco
quibus supra. Presentibus ad hec Dno Ioanne
Sartoris Cracouiensi Canonico Collegij pfati
Dno Wallentino de Rogow Canonico ecclesie
Cracouiensis Dno Adalberto Canonico
Sancte Crucis Dno Stanislao Canonico
Sancti Michaelis et Magistro Nicolao Vicario

In eod loco die Joannes de Wallentino Ca
nonicus Cracouiensis procurator et nomine Ve
nerabilis Bartholomei de Ponte Regali Collegiati
Collegij Cracouie ritualiter electus
ostendit ad mensam ecclesie coram omnibus
assidentibus processum in hanc causam
ingressum per Dnm Bartholomeum Regis Ecclie
Sancti Florianj Cracouiensis Canonicum
habitum pdictum Sacramenti vniuersitatis pdicte
no vsitata decreta cupiens

Die Jouis xxviij Novembr
Venerabilis frater Bartholomey de Ponte Re
gali citatus ad videndum iudicialiter testes
in causa Joannis de Wallentino Canonici
Cracouiensis hora qua fuerunt ad locum
vocati non comparuit nec aliquis pro eo
Dominus Stanislaus Canonicus Sancti
Michaelis pfati loci hora eadem

dare florenum. Item aut duos rusticos qui [illegible]
vas Baculis. Interrogatus per dominum Rectorem cur
id fecisset respondit quod fecit ita quod eo quod ad Tabu-
lam clara voce coram assidentibus et ponentibus
et scriptoribus citatus fuerit. Dominus Rector ex
confessatis condemnat eum in pena ad arbitra-
rium ipsius deliberationis infligenda. Et in continenti
mandavit eidem Magistro Bartholomeo ne deinceps
comminarentur [illegible] scriptoribus universitatis. Nec
eos aggrediatur verbis increpatoriis, contumeliosis,
inhonestis et multo fortius ne iniciat in eos
manus violentas, aut ledat eos quovis modo
per se vel per alium directe vel indirecte sub pena
decem marcarum ipso facto infligenda et irre-
missibiliter exigenda. ante.

Die Veneris penultima Novembris 3200

Venerabiles Magistri Benedictus de Cosmijn Se-
nior Burse Jerusalem. Stanislaus de Crac
Senior Burse pauperum. Andreas de Cobylino
Senior Burse Phorum, vocati per dominum
Rectorem acceperunt in mandatis ab eo
ut faciant legere statuta universitatis. In-
titulationem vestium decentiam generaliter in ha-
bitantibus Bursas eorum et suadent eis ut
abiciant vestes lagicales, reassumant clerica-
les, arma non ferant, preceptores habeant. Item
per seniores non suscipiant in Bursas nisi in-
titulatos, honeste vestitos, scriptores non inti-
tulatos collegium visitare prohibeant

Ordinatio contubernio[rum]

Die Saturni penultima Novembris 3201

Petrus Bijalaczewskij studens Burse Jerusalem
citatus ad instantiam Venerabilis et Egregij
viri Magistri Martini de Ilkusz Sacre Theo-
logie professoris Prepositi ad Sanctum Nicolaum
extra muros. Et promissoris Burse pauperum
non comparens [illegible] horam solitam exper-
tatus pronunciatus est contumax. Et condemnatus
in pena sex gr. secundum statuta

Die Lune prima Decembris 3202

Petrus Bijalaczewskij studens Burse Jerusalem
supra citatus secundo ad instantiam prefati Ve-
nerabilis Magistri Martini de Ilkusz Sacre
Theologie professoris Promissoris Burse pauperum
comparuit. Sed propter certas causas dilatus est
terminus in diem Crastinum pro hora xx.

3203 Et in glorioso cittatus est personaliter domino ad
comparendum die Crastina sub pena unius
Marce in eodem termino prefatus Petrus requisitus
pro pena prioris contumacie sex gr. cum
dicit se in presenti habere pecuniam Rec:
:tor decrevit et mandavit ut infra diem
naturalem solvat huiusmodi penam sub pena dupli
presentibus venerabili magistro Stanislao de
Crac senior Burse pauperum familia
domini Et me notario publico

3204 Die Martis secunda Decembris

Petrus Bialachowsky studens predictus cittatus
ad reponendum penam supradictam racione con:
:tumacie incursam. Et ad instantiam venera:
:bilis ac Egregii viri magistri Martini de
Ilkusz sacre theologie professoris Et provisoris
Burse pauperum ultra horam solitam expec:
:tatus non comparens pronunciatus est contumax
presentibus magistro Simone de Calisch Sindico
Universitatis ac procuratore prefati venerabilis
ac Egregii Rectoris Martini etc. familia
domini et me notario publico

3205 Die Veneris quinta Decembris

Nicolaus Craszynsky studens Burse Jerusalem cittatus ad instantiam
Mathie Chech ultra horam solitam expectatus et non comparens
pronunciatus est contumax

3206 Die Lune xxix Decembris

Albertus de Bydgoszcza studens personaliter constitutus constituit
suum legitimum procuratorem honorabilem Gregorium de
Szuyenna arcium Baccalarium ad levandum florenum unum
et duos gr. a Theodoro Baccalario arcium Bursam Jerusalem
inhabitante Eundem quem quietandi de eisdem Et insuper consti:
:tuit eundem Gregorium generalem procuratorem omnium rerum
et actionum suarum pecuniam a debitoribus exigendi levandi
quietandi et alia que iuris sunt faciendi

3207 Die Eadem

Idem Albertus de Bydgoszcza proposuit et honorabilem Andream
Szyrabowski Xigrandum cittatum et personaliter comparentem
quod haberet sex volumina librorum suorum vicz plinium
in tria volumina divisum Polianthea Petrum Vo:
:lateranum quintum Pomponium Mellam et Solinum simul
ligata sextum quos prefatus Albertus impignoraverat in una
sexagena Paulo de Drohobycz studenti Andreas autem
Xigrandus recognoscens se habere prefata sex volumina librorum
dixit se eadem emisse a prefato Paulo de Drohobycz una
sexagena, Ea condicione quod predictus Paulus dicebat

de ferisse parcial seu hupodicto Abbe relemendi libros ad rei-
:tum suos abtor seu in ffesura ssumy negauit se ferisse par-
:tem quignudi Domy Rectoz dereuit Juramentu ipsi Abbe
per ipsum ffactum q non ferit quigdi partem rem supdam
Paulo Et in yimeni juravit et ond bregagenam relemendo
libros reposuit Jn pura parte consentiente Quo facto
Andreas oligraborsk Mgrandy reposuit libros supdictos
suos Abby de Bydgostia absque et suos Andreas aut
Mgrandy seu bregaenda de ista arma venauit Jn pura
Dom Rectoz familie eius Et Unei notarij ffatui

3208

## Die Eadem

Joannes Dijkthorowsky studens de Brsa Jdem retulit
et noy valeat comparere de ingrudine sua seu laboza-
:bat Recognouit Coram Valentino de Rogoyzte suo uni-
:uersitatis ipsom ritrante et Rudnijzky studente se teneri una
bregagenam sine bregd ffatui Abbe de Bijdgostia sudby

3209

# Amo Dom J 5 3 4

## Die Saturni Jezra Mensis Januarij Gregorius de
Charnijzyja arcium Baccalarius Alexandrinus Bertse pauperem
ad acta curia ffamulus ipsius Recognouit se mutuo ac-
:cepisse quoz florenos seu medio ny monete a venerabili viro
Stanislao de Crad Senioze Burse sue Et obligauit se quy-
:modi pecunia soluere ffatio dicto viro Crad quo ad festum
Purificationis marie proxime futurum proxby Valentino
Sapienera familiari dom et me notario quigdam ffacta

3210

## Die Saturni x Januarij

Nicolaus krasijnsky rectaty ad instand Magri de
Rawa studentis Jn Bursa Jdem manente Recognouit
se teneri novem fl pruniazed ffatui magro de Rawa
studen. et obligauit se eid solueudi quo ad predictum
rensuris ecclesiastice

3211

## Die Martis xxvij Januarij

Venerabilis Mgr Simon de Crad rectaty ad instand Stanislai
de Bijsijrzyja comparuit coram Jn quo ffatty Stanislay
Constituit in suum verum et legitimum procuratorem omnium
suorum negotiorum et actionum quorumcumque videlicet de Ebreinsky
parte Baccalaurum ad regendi debitum a ffatio magro Simone

3212

de Crad

## Die Eadem

Stanislay de Bijsijrzyja rector scholis in Bodzanin recta-
:ty ad instand Reuerendi de Crad studentis Jn Bursa Jdem Gaucu-
:sky comparuit Contra quod ffatty Mgr Simon proposuit qd ex
tenori ordinacionis nouitiorum et pro imperfecta ordinacione Sta-
:nislay und de Bijsijrzyja rens confessus est se teneri Domino
de Confessare mandato Domini Stanislai Et soluat debitum
infra diem naturalem sub censure ecclesiastice Et ibid in ed-
:dictum nostrum et fratrum vicinorum nostrum ffatum
sacerdotis Rectis domus

1214

## Die Mercurij xxvij Januarij

Venerabilis Magr Simon de Cruce rector ad instanciam Stanislai de Vijstrzyca rempetuit contra quendam Stanislaum Joannis de Camsci cinc gladium et sarcinulam et ipse Stanislaus Joannis de Camsci sibi tres gr emunt debere. Magr autem Simon negauit petita Dominj decreuit arbori, eo quod de tradicione indubitata: Sed in tradicione aut pacis presente dicto magro Simone actore testes non inducere. Magr Simon admisit arbitrum ad juramentum et valore gladij, et sarcinule predictorum. Et in plenitudine Stanislaus actor predictus juramento de valore gladij dicens se de valore sarcinule simili dicens se, quos sacramento magr Simon obligauit se actori soluturum se virginti tres grossos ad quidem sub decreto ecclesiastice pene quamlibet diem et non soluto pro coram domino Rectore actorem scriba

Actor aut predictus Stanislaus de Vijstrzyca tenet. nomine ab ann presenti duos gr et a tenebantur pistos omnibus duos gr et ipse omisit se no velle permittere supradictam nisi nichil nomine pistor coctor gr quor In cuius rei actor petijt sibi Dominum rem rendemarij in regestis ecclesie solutum ad arbitrium dom Rectore

## Die Eadem

Stanislaus de Vijstrzyca obligauit se soluturum nomine Magistre de Cruce tenenti supradicto. De pecuniis quas predictus magr Simon reponet in gr tenere

## Die Martis x Februarij

Venerabilis dominus Bartholomeus de Cruce archidiaconus ad. S. Crucem posuit se verbo Willelmum dominum magrum Cruciferorum de Cruce Maioris Collegij religiosum Decanum Cracouiensem et Gnesnensem de gracia pacifici regimen subditus dedit ad inuadiandum Abraam Judeo et nec[illegible] pecuniis pecuniis Cuius indebite impudencia et negligencia ipse prefatus a tunc est quia ipse perijt duos Bartholomeus predictus magrum Matheum rendemarij in dampnum et cedit ipse ampto Dominus Rector decreuit predictum magrum Matheum teneri et debere predictum dominum Bartholomeo ad minimum quinque ipse Posuit quod ipse Bartholomeus predictus magrum Matheum Arbitrium de Libris sibi traditis Quinto Demerij de tempore et de bonis [illegible] in duobus volumibus Lombardica Historia [illegible] repertis [illegible] Bonauenture [illegible] Matheus recognouit se quinque libros actenus assumpsisse. Actor predictus Bartholomeus Dominus Rector et confessus decreuit et quinque libros magrum Matheum tenere restituat credituri ejus ad quod Meusem de pena [illegible]

Tercio posuit predictus dominus Bartholomeus de Cruce magrum Matheum teneri sibi tradere [illegible] quandam imaginem in esse sculpta et depictam cum quadam [illegible] de manu predicti magri Matheum esse [illegible] magr Matheus recognouit esse manus sue

Dominus Rector recognovit magistro Martino de Krosnia se habere
Martinum Sclavum brevigena unam et quinque imagines ecclesie
sancte Bartholomei Mariste ad usum unius
ad festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum proximum
futurum huic venturum. Et ita fassus. Presentibus venerabili magistro
Martino de Krosnia medicine doctore famulis domini et
me notario publico. censure

**Die lune .xv. mensis Februarii.** 3215

Magister Bartholomeus de Ponte Regali rector collegiate Collegii minor
rediens Juris. venit et sibi fieri coram domino Rectore
libere et sponte fassus est se teneri discrete et provide
legend. computand. venerabili ac Eximio viro domino de
Schamotuli archid. et Medicine Doctori et venerit precepto de
oppido Zagor ob quod discrete absentavit se bolumen
eidem et festo pasche proximo futuro ob reverende celebrature
Die eadem magister Joannes de Kastgoro rector Colleg.
Collegiate vocatus ad instans venerabilis magistri Martini
de Krosnia medicine Doctoris comparuit et quod appo.
suit dictum Martinum et si venit non venisse ad eius
Collegiatum sportulam et duo grossa recepisse virum
discretum Joannis dictum et mandat ut magister Joannes scribat
dicto Doctori Martino de scriptum hinc ad octabas
sub pena recommendationis **Die Mercurii .4. Martii** 3217
Constitutis personaliter coram domino Rectore viris Joanne
de Opatowek clerico archid. Bartolarium. Et Gregorium de
Koda. Cognoverunt se esse invicem convocasse ad
rixationem omnium bonorum et invicem se percussisse. Et
Bartolarius Joannem cuspidem repositi dicendo
pro pisoribus Gregorium de Koda cudentem artifex qui ob
Gregorium ibid fassus est se cultellum solummodo pro
quodam pisore arripisse. Et in ejusmodi Gregorium de
Koda ferit emendam deprecatorium dominus Bartolarius
de verbis iniuriosis, rebellibus et diffamatoriis in
presentia testium et eum foderit. Ibid dictus Rector
vallavit pena decem marcarum ne pacem mandans
ne unus alterum aliquibus verbis iniuriosis rebellibus
aggredi. Neve dictus Gregorius Bartolarium pre-
dictum verbis similibus aut aliis ejusmodi iniuriosis
rebellibus diffamatoriis et sic vice versa. Dicti
vero inimici coram persona juramento aggredientes
reminiserunt. innuerit. et recordati sub pena predicta
Dominus Rector imposuit eis effectum habentibus et ne
renovetur denuncians. ne amicabilis prandium pacis
familia. domini Et ad notas publicas

1221

## Die Jouis vj Marcij

Sygismundus de Grabiszyce et Matheus Lemsky de Derzeszow Dorotcb arripiendo a domino Petro Lettow arimansitate Krodensi Krokow decem grossos monete et nim Polenitrabus pro Censu Genuary Vrse Canonicatz de Anno presenti 1533 De qby pfati Dorotcb debent gattat ad acta Curiarum Crad Generosus dominus Stanislaus Czarny de Bijtgoszcz Capet in Dobszyce et nostram quidi rensi presente Valentino de Lopszyce famulo Curiarum et familia

## Die Martis xvij Marcij

Theodorg arrind Burcalarij actatg ad instantiam Gregorij de Brzyzema Cremator Alberti de Bijdgostia studentab ad reponendg debitum Trginta Sexagg de quo obligatus Comparens et Bartholomeus obligauit sue rep[rese]nt ad acta Et dedecim quod Gregorius de Brzyzema Cremator pretatg nomine principalis sui arripit et de eisdem Theo: Dorotd Barbaram getauit Residuos duos dederunt Et Theodorg Bartholo obligauit se Cautum hinc ad quatuor Cautumnic. nang sub pena excommunicationis fruit familia Cy et nil actio arrond Lectore Scriba

## Die Martis xxiiij Marcij

Venerabilis Mgr Georgius Cyrenen[sis] prepositus Gr Mgrm Mazouiu de Prandorf Libros duos tres in philosophia naturali Capit et rebuit Mgr Martinus confessij et de bene Gratiamdi Libros Dominj Scotus et insuper Horatium et Mandauit et pfatus Mgr Martinus rebdit Gratij Libros Mgri Georgij Cursorius qui fassus fuisset et obligauit Cum ad festum Corporis Christi in Maio de proxime venturi Et Jo: ventiendi maneat et satisfaciat obligatorie et arrind Sanctus Primus pfatus venerabilis Mgr Blasius de Cesarea rebegrab nobis Collegij et Jo: nobis Matthia de Drogoszyn arm pfatus

## Die Eadem

Honorabilis dominus Jacobus de Crad Mazouia ad Exhibendum coram Judice ad acta domini Rectoris Petrum de principalis ad rep[rese]nt grossos Virginti tres Stanislao de Bijdgostia & Venerabilis Magr Gregorius de Crad suos reponsit ad acta Petrum principalis sui debet pretd adhuc fuit se: nichil debet et nil amplius

## Die Mercurij prima Aprilis

Theodorg arrind Pastum reposuit Theodorus Cedrinus Gre: gorio de Brzyzema Crematori Alberti de Bijdgostia quos pfatus Gregorius de Brzyzema arrind Bartholomeo

apud acta domini Rectoris accepit Et prefatum Theodorum Bartularium nomine sui principalis de eisdem quietavit Ita quod prefatus Theodorus nil amplius tenetur prefato Alberto de Bydgoschia presente familia domini

## Die Lune xiij Aprilis

Venerabilis Magister Martinus de Cerdonia collegij maioris Collegiatus Decanus facultatis artium promisit bona fide et sese obligavit honorabili domino Bartholomeo de Crac Altariste ad sanctam Annam reponere libros quos sibi per prefatum dominum Bartholomeum creditos infra scriptos Polyanthea. Sermones Gothscalci. Methodium cum adiunctis Dietam salutis Bonaventure cum adiunctis Sermones discipuli pro festo Penthecostes proxime futuro omnibus dilacionibus obmissis. Casu vero quo huiusmodi libros ad tempus prefatum non reponet consensit ad faciendum arestum super censu Collegiatum ipsius pro eodem quartali Penthecostes ex Theolonio Crac solvi solitum Residuos duos libros viz Sermones Pomerij de tempore et de sanctis promisit similiter et se obligavit eidem domino Bartholomeo restituere pro festo Assumcionis gloriosissime virginis Marie anni currentis. Casu autem quo eosdem libros non restituerit consensit super simile arestum faciendum super censu Collegiatum eius simili supradicta pro quartali exaltacionis sancte Crucis

## Die Eadem

Sebastianus de Drohobycz studens de Bursa pauperum citatus personaliter per fertonem universitatis ad instantiam honestorum Alberti et Helizabeth coniugum manencium in celario sub Bursa pauperum ultra horam audiendi solitam expectatus et non comparens pronunciatus est contumax presente familia domini et notario

# ACTA ACTORV̄ corā Venerabili et Egregio viro Dn̄o Nicolao de Vieliczka Artiū et Medicinę Doctore Canonico Poltouien̄, ac Rectore almę vniuersitatis studij gn̄al' Cracouien̄. In Rectoratu eius scd̄o, Anno Domī Millesimo Quingentesimo Trigesimoquarto cōmutatione ęstiuali,

Die lune xi Maij.

Venerabilis Mgr Bartholomeus de Pontezigali Collegij minoris Collegiatus reposuit sex florenos monete et nūi Polonicalis ad acta domini Rectoris, Venerabili ac Egregio viro Mgro Simoni de Schamotthuli Medicine doctori, quos eidem tenebatur ex Collegiatura sua, de quibus eundem Mgrum Bartholomeum quietauit in presencia domini Rectoris, et Joannis de Mschonde famuli vniuersitatis.

## Die Mercurij xvij Junij

3227

Instante Gregorio de Zuyna Arcium Baccalario, Legittimo procuratore Alberti de Bidgosthia studentis Nicolaus Smigyelski studens Burse Jerusalem recognovit se tenere, prefato Alberto grossos 15 quos in quinque ebdomadis se eidem soluturum obligavit, sub censura Ecclesiastica, et incontinenti Monitus est per Joannem famulum Universitatis nostrum publicum presente familia Domini.

Censura

## Die Saturni xx Junij

3228

Venerabilis Mgr Mathias de Cracovia, Decanus facultatis Arcium una cum duobus Consiliarijs eiusdem nomine facultatis prefate, proposuit erga Venerabilem Mgrum Martinum de Cerdonia Collegij Aoris Collegiatum, quod retinuit de pecunia facultatis, Decanatus sui Commutacionis hyemalis precedentis florenos tres et grossos 13. Mgr Martinus prefatus confessus est se retinuisse pecuniam predictam ob eam causam, quia intellexit se pecuniam fore sorte divisionis, ipsum contingente, recte duobus florenis et grossis 18. Dominus Rector et cetera rationabilibus causis decernit Mgrum Martinum debere reponere pecuniam facultati retentam, reservata eidem Mgro Martino actione cum facultate pro duobus florenis et 18 gr. Quibus idem Mgr Martinus dicebat se minus iuste per facultatem in divisione privatum, et in continenti prefatus Mgr Martinus arestavit per Joannem famulum universitatis prefatam pecuniam facultati retentam, apud Dominum Rectorem usque ad decisionem cause, occasione prefate divisionis movende. Presentibus venerabilibus ac Egregijs viris Magistris Joanne de Leopoli Canonico et Jacobo de Cleparz custode Eccle. S. Floriani sacre theologie professoribus.

## Die Veneris xxvi Junij

3229

Venerabilis Mgr Dns Bartholomeus de Cracovia Altarista ad sectam Annam, accepit florenos duos a Venerabili Dno Mgro Martino de Cerdonia Collegij Aoris Collegiati pro quadam Imagine de osse super obligatos, de quibus eundem Mgrum Martinum quietavit ad acta presencia.

Die Eadem · XXVI · Junij ·

Venerabilis Mgr Nicolaus de Schadek Canonicus Eccle Collegiate S. Floriani in Clepacz fideiussit venerabili Mgro Stanislao de Grozifzko Collegij Aoris Collegiato pro venerabili Mgro Martino de Cerdonia Prefati Collegij Collegiato quod vivet amicabiliter concorditer et pacifice, cum prefato Mgro Stanislao Grozifzko et quod peramplius non aggredietur cum quibusvis verbis iniuriosis, contumeliosis, scandalosis, comminatoriis, nec inviciet in ipsum manus violentas per se, neque per alium, directe vel indirecte, promittens pro salute et vita prefati Mgri Stanislai, quod si secus factum fuerit, Mgr Nicolaus prefatus solvet domino Rectori penam quinque marcarum monete et nomine polonicalis, pro prefato Mgro Martino, ad quod faciendum Mgr Nicolaus prefatus se submisit et obligavit, In presencia parentum, et mei Valentini de Ropczicze famuli Universitatis.

Die Jovis ix Julij

Famatus dominus Stanislaus Zywyeczki Civis Crac. proposuit contra venerabilem Mgrum Martinum de Cerdonia Collegij Aoris Collegiatum, quod tenetur ei, grossos triginta quatuor polonicales, dominus Rector ex confessatis predicti Mgri Martini, decrevit et mandavit solvendum, hinc ad duas septimanas, sub Censuris Ecclesiasticis presentibus familia dicti et me Valentino famulo Universitatis.

Die Lune xiij Julij

Joannes Isbregh, Senior bursae Ungarorum, Stephanus de Barth, Stephanus de Munkacz, Emericus Wyhelinus Studentes inhabitantes bursam Ungarorum, Constituti personaliter coram domino Rectore fideiusserunt, et se se obligaverunt pro Andrea de Appathy, et pro Michaele de Themesszvar, studentibus in Pretorio incarceratis, quod

cum famato Joanne Medic Cive Crac. amicabiliter com-
ponent, pro iniurijs, et vulnere ei inflicto, quod si
amicabiliter componere nequiverint, quod predicti rei pa-
rebunt Juri, et rei Judicate, per dominum Rectorem disce-
nende. Preterea promiserunt fideiussores supradicti pro se-
curitate sanitatis et vite prefato Joanni Medic.
Civi Crac. et quod prefati studium incarcerati, non
vindicabunt nec vlciscent, incarceracionem suam et iniu-
rias quolibet illatas, in prefato Joanne Medic. nec
per se nec per alium, vel alios, directe vel indirecte,
et quovis quesito colore sub pena triginta ducatorum
Ungaricalium, presente familia domini, et me Valentino
famulo Universitatis.

Anno subscripto 1534. Die Martis xiiij Julij
Testes infrascripti vez Mgr Martinus de Pokrzivnicza
et Mgr Jacobus de Szyepro Aorum Collegij Collegiati
de mandato domini Rectoris Civitatis Juraverunt ad sancta
dei Ewangelia, dicere veritatem in causa inter Venerabiles
Mgros Decanum et consiliarios facultatis Artistice ab una
et Mgrum Martinum de Cerdonia partibus ab altera.

Primus Testis Mgr Martinus de Pokrzivnicza
cui deductum est ad memoriam Juramentum, et pena fle-
testis, et quod falsus testis, est obnoxius tribus, Deo
parti, et Judici, deum mentiendo, Judicem decipiendo
et partem ledendo, Ad propositum vero respondit in hec
verba, sum de facultate, de ordine primo inter magros
actus visitantes, cum alijs magris in ordine deputat
nobis arguentibus et proponentibus, Mgr Martinus,
pro tunc decanus fuit absens tribus vicibus, et ne-
glexit tres actus, primum actum sabbato Septuagessime,
secundum actum sabbato Invocavit, Tercium actum sabbato
ante letare, et tantum deposuit.

1227. Secundus Testis Mgr Jacobus de Szyepcz Cui reductum est ad memoriam Juramentum, et pena falsi testis, quod falsus testis est obnoxius tribus, Deo, parti, et Judici prout supra septum est. Ad propositum vero respondit in hec verba, dixit se esse de primo ordine inter magistros actum visitandum cum aliis Mgris in ordine deputatis nobis arguentibus, et proponentibus, tunc absentem Mgrum Martinum de Cerdonia, pro tunc agente decanum tribus vicibus primum actum sabbato ante dominicam Arcte, secundum actum, ante dominicam Innocavit, Tercium actum sabbato ante Letare, et tunc deposuit.

## Sentencia Diffinitiva In Causa facultatis Artistice, cum Mgro Martino de Cerdonia

Christi nomine invocato, solum Deum prae oculis habentes pro tribunali sedentes in causa occasione arestate pecunie facultatis Artistice, trium florenorum et tredecim grossorum inter venerabiles, facultatem artisticam ab una, et Mgrum Martinum de Cerdonia partibus ab altera. Ex his que in huiusmodi Causa vidimus, et depositionibus testium accepimus, dicimus Decernimus, Declaramus, et pronunciamus, Anno domini 1533 praefatum Mgrum Martinum de Cerdonia, decanatum arcium pro commutacione hyemali, a festo S. Galli Inicium sumente, gessisse, palam et publice, facultatemque Artisticam rexisse, ordines tres Mgrorum, ad intrandum actus ordinarios, diebus sabbatis ordinasse, et deputasse, primoremque locum inter arguentes iuxta dispositionem, et consuetudinem facultatis habuisse, Mgrisque arguentibus sabbato, Septuagessime, et sabbato Innocavit, nec non sabbato letare, neglexisse, atque ex debito suo, argumenta minime oppossuisse, prout ad officium suum spectabat et pertinebat, et ob hoc praefatas pecunias dearestamus, facultatemque Artisticam, iuxta Statuta, et Conclusiones suas Juratas, praefatum Mgrum Martinum debite divisione privasse, quam approbamus, et ratificamus. Eidemque facultati, pecuniam praefatam arestatam, dari debere, et cedere, decernimus prout damus, fiscoque facultatis praedicte applicamus. Eidemque Mgro Martino perpetuum silencium

Facultas Philosophica

impon[e]mus. Et [illegible] Quia Mgr[u]m Martinum in expy
in hui[u]sm[o]di [illegible]ca, per facultatem Artistarum finale condemnamus
quam tanq[uam] nobis in possessi[o]nem r[e]tinuimus. Hac ma
Sentencia diffinitiua mediante,
Anno dom[in]i 1534. Die xiiij Mensis July pronunciata
est hec Sentencia per dom[in]m Rectorem in p[re]sencia parcium
et Mgri Martini [illegible]fati nil faciente Ano co[n]sentiente, et
in contumacia p[re]cedente. Relata, tradita est. Finis finitur xiiij

## Die Veneris xxiiij July

Nicolaus pictor vna cu[m] Comige sua, de plata S. Stephani
proposuerunt cont[ra] Cristophorum Chrzmiczki Studentem de burse
Stadnicy, q[uo]d filius eius Albertus, velociter euomitasset
causa, Dicti Cristofori negante eos, decimit doctoribus predictorum
hinc ad festum Sancti Egidij proximum, ad hora[m] duodecimam post
meridiem dom[in]i, et m[u]ltis aliis Dominis

Die Sabbati Venerabilis Mgr Stanislaus de Cra[co]via Senior
Burse pauperum, proposuit cont[ra] Simonem de Sczarbimirza
quod Baccalario, q[uo]d teneret ei duos florenos, et pro
duxit Cristofori manus sue. Qui Cristofor[us] Baccalarius
recognouit, Mgr[u]m tos predictus faciens ei gratiam, dimisit
vnum florenum, alterum aut florenum soluit Baccalarius Cri
stofor[us] Mgris suis predicto et dicto dom[in]o Rectori hinc ad festum
Sancti Bartholomei proximum, sub Censura Ecclesiastica, et in
contumacia monitus est p[ro] ut requisitus fuerit
[illegible]

## Die Saturni xxv July

Constituti personaliter Coram dno Rectore Joannes Medici Cra
coviensis et Andreas de Appatijs, et Michael de Thes
chen parisius ab altera, quare negauerit et fassus
se fecisse ac misse amicabiliter concordiam pro omnibus iniu
rijs, et verberibus, sibi in[illegible] per Matheum in hunc
modum, q[uo]d verba parcium debet remissi hinc inde in
viam, Mgr[u]m Cristofor[us], nec ne stari de hujusmodi iniu
rijs et verberibus alteri parti Matheo sub pena sexagenta quin
florenorum y pena Cambridi violanti, et no[n] tenendo, exclusis

persoluendorum, quorum medietas ipsi dno Rectori altera vero parti Concordiam tenenti, cedere debet. Presentibus Joanne Issbregh seniore Burse Vngarorum Stephano de Barth, Stephano de Munkach, Martino de Szvolen Studentibus, et me Valentino famulo Vniuersitatis.

## Die Mercurij XXIX Julij.

3237 Venerabilis Mgr Sebestianus de Cleparz Collegij minoris Collegiatus, legittime Cittatus ex officio, pro discursionibus nocturnis, insolencijs, et violencijs factis, Ex confessatis condepnatus est per dominum Rectorem in pena vnius marce, quam soluere debet hic ad diem sabbati proximum, sub pena dupli, presentibus.

## Die Jouis penultima Julij

3238 Famatus Georgius Morsthin Ciuis Crac. proposuit contra Stanislaum Tharnawski Baccalarium Arcium, quod teneretur ei vnum ducatum in auro et triginta grossos in moneta mutuo concessos, Reo negante, dns Rector decreuit Actori probandi hinc ad feriam sedam proximam, ad horam tredecimam, presentibus.

## Die Eadem

3239 Venerabilis mgr Martinus Gusszlinczki Rector scholae ad S. Florianum, Cittatus ad Instantiam venerabilis domini Nicolai Archipresbiteri Eccle parrochialis S. Marie in Circulo Crac., fideiussit de parendo seu statuendo Iuri discipulo suo Nobili Nicolao Nyemoyowski vsque ad aduentum parentum eius, sub pena trium marcarum, presentibus.

## Die Martis iiij Augusti

3240 Mathias Franconius de Legnicz, Cittatus legittime ad Instanciam Joannis Medic Ciuis Crac. non comparens, et vltra horam audire consuetam expectatus, pronunciatus est contumax, presente familia domini et me famulo Valentino Vniuersitatis.

Cristophori Chexudzinski studentis, Lectisternia et libros arestat, vide in fine actorum commutacionis istius

## Die Lune XVI Augusti

Joannes de Thamow Arcium Baccalarius presbiter cant. Joan. mej de Gurzna, ad ei tenetur, libras unius marce reuersus. Tra. uersinus. cum Scholis Plinij continentur, quas quidem Joannes de Gurzna recepisse est se asserit, sed illas libras unius marce non recepisse. Quas quidem debitas est vnus similiter libras unius marce. Et Actori restituat. Hinc ad tres Kalendas sub comminacione Excommunicacionis. Jocale familia dicti. et Jodoci familia Cracouie.

## Die Martis Cras Septembris

Felix de Osswe, Arcium Baccalarius. Constitutus personaliter coram dno Rectore recognouit se teneri et fideliter debere Nicolao de Wissegrad Canonico Cracouiensi, Decretorum Doctori, Domino Magro Stanislao de Cracouia

Collegae Minores agunt contra concollegam

Communitatis Collegij praefati, proposuerunt contra venerabilem
Dominum Egregium Magistrum Martinum de Crossznac Medicinae
Doctorem, et praepositum Collegij supradicti, quod eos afficit
verbis turpibus, contumeliosis, iniuriosis et vituperio-
sis vocando latrones, Dominus doctor Martinus praefatus
negavit praedictos actores agere aliquid, nomine communitatis praedi-
cte, negat etc., omnia proposita contra se, Dominus Rector man-
dat famulo Universitatis, ut restituat communitate minorum Col-
legij, an cum scitu eorum et consensu sit actio praefata, Acto-
ribus autem decernit probationem hinc ad octavam, in praesentia
Joannis famuli Universitatis.

## Die Jovis XXIIII Septembris

Venerabilis Magister Martinus de Cerdonia Collegij Maioris Collegiatus
comparens personaliter coram domino Rectore, recognovit sponte
se teneri, venerabili domino Bartholomeo de Cracovia Altariste
ad S. Annam, sex florenos monete et numeri polonicalis, ecclesiastici et li-
quidi debiti, ad quorum rationem ibidem praefatus dominus Bartholomeus
recepit a praedicto Magistro Martino florenos duos in moneta
et obligavit se ad quatuor tempora quelibet sese immediate se-
quentia solvere praefato domino Bartholomeo florenos unum cum medio
usque ad totalem solutionem praedictorum sex florenorum, sub Censura
Ecclesiasticis, exceptis libris, et in hanc summam non computatis
pro quibus tenetur praefato domino Bartholomeo satisfacere iuxta
superiores obligationes, praesentibus Venerabili Magistro Martino de
Chrzestowicze, Maioris Collegij Collegiato familia domini et Joanne
de Sevo Universitatis.

Censurae

## Die Veneris XXV Septembris

Andreas de Cracovia Arcium Baccalarius, Constitutus personaliter
coram domino Rectore recognovit se teneri duos florenos in mo-
neta minus sex grossis, numeri polonicalis Venerabili
Magistro Georgio Legnicensi, Altariste ad B. Virginem, quam pe-
cuniam se eidem solutum, hinc ad duas septimanas sub
Censura Ecclesiasticis obligavit, et in continenti monitus per
Joannem famulum Universitatis in praesentia Valentini Alterius fa-
muli Universitatis et familie domini.

Censurae

## Die Mercurij ultima Septembris

Margarita Folthinowa de Cerdonia proposuit contra Velem

Mgr̃ martinus de Crossinia Collegij xpe Collegiatus, 28
tenetur in oblatis et margaritis seu perlis, valoris xij
flor, et in oblatis argenteis, valoris trium flor, pro tres
flor in manus mei dicti, Mg. Martinus confessus. Item
tenetur in oblatis, oblatis Sancte Margarithe soror sue
tenetur obligauit se xij restituend pro die sti Martini pro-
ximo. Confessus ē me recepisse xij oblatas argenteas, quod sic
obligauit se restituend. Hinc ad 4 ebdomadas sunt Cal
Ecclesiis, de quo attinet tres ste in mutuo
argentos per me. Item debet Mgr̃ Martinus confessus fuisse
computatum per me de festo Margarithe, hinc ad 4
septimanas, postea venit famulo Vrie et familie.

Die eadem vltima Septembr̃ 3250

Venerabilibus dñis Mgr̃, Stanislao de Lowicz Ma-
dicine doctore, et Johanne de Mstchow, minore Collegij Collegiate
Sanctorum, nomine Comitatis Collegij Cracouie, cum venerabilis
ac Egregius vir Martinus de Crossinia, artium et Medicine
doctorum, in causa magri prepositi Johannis de Mstchow.
famulus Vrie recognouit infrascripta debita Mgrorum agere
nomine Comitatis supradicte, videlicet supradicto Mgr̃o mart-
ino, et sibi et cuilibet eorum seorsum eorum, Duos florenos de-
cem denarios grossos antiquos. Hinc ad festum
proximum. Die Veneris xj octobris 3251

Veneris dñi Mgr̃i. Stanislaus de Lowicz et do-
minus de Mstchow. Nomine Comitatis Collegij nostri in Cracouia
stantes coram Vobis ac Egregio viro dño martino de
Crossinia artium et Medicine doctore, vestris Vobis viris
Mgrīs Adam de Thamow, Bartholomeo de Stradomia
et Jacobo de Mstchow famulo Vrie, qui in forma
juramenti, ad sacra dei Evangelia dicte ve-
ritatis tactis corporaliter, 3252

Die [illegible] Mensis Mgrīs xij octobris

Veneris magr̃ Simon de Lowicz Lectus electus ad
dictam Veneris stagnum de Cracouia, domine Barbare filie vidue
horam audire solitum, requisitus, et no rumpacens, pro-
nunciatus est contumax. Valentinus de Radoschyn famulus
Vrie arguens contra dictum Nicolaum de festo nativitatis
magri Simonis de Lowicz in forma fori Cracouiensis studii
Cracouie et familiaris ipsius magri,

## Die veneris ix Octobris

3253 Nicolaus Sinigyelski Studens Burse Jerlm reposuit grossos
quindecim ad acta domini Rectoris Alberto de Bidgostia studenti, quos
eidem se solutum obligaverat, ad Justam Gregorii de Zuena Arcium Baccalarii
legittimi procuratoris, prefati Alberti, in presencia famuli Vniuersitatis
vocati Joannis.

## Die saturni x Octobris

3254 Gregorius de Zuena Arcium Baccalarius Lectiuus procurator Alberti
de Bidgostia studentis recepit gratiam quindecim pro Alberto prefato
per Nicolaum Sinigyelski studentem. Eidem ad acta domini Rectoris
heri repositos, de quibus eundem quietauit, et Joanni famulo Vniuersitatis
gratiam tres pro suis fatigis et eadem pecunia dedit.

## Die lune xii octobris

3255 Joannes de Zarnow studens constitutus personaliter coram domino
Rectore recognouit se teneri marcas duas monete et unum polo-
nicalem famato Joanni Jelen, cum crac, quas eidem se solutum
huic ad unam ebdomadam sub censura Ecclesiastica obligauit.
Excomm Et in continenti monitus est per me Valentinum famulum Vniuersitatis
post familia domini.

## Anno eadem die saturni viii Augusti

et ad Justam Nicolai pistoris et platea stiptic

3271 Ex mandato domini Rectoris Valentinus de Ropczicze famulus
Vniuersitatis arestauit infrascriptas res Christophori Chodzynczki studentis
philosophorum Burse, apud Jacobum Rzewaczki studentem in scholis
sancte Anne, quas postea dominus Rector in domum suam affer-
Arestum mandauit, vocati plumaticam unam laceram cusinum unum, et libri
amen unum. Insuper libros Exercitium nouae logice, lecturam
Porrum, et textum veteris artis in uno volumine. In alio c
plinii secundi Juniorum liber illustrium virorum, Alberti magni phi-
losophi naturalis, et parvulus philosophie naturalis. In tercio summa compendiosa
totius logice, et tractatus petri hispani. In quarto Hesiodi
poete Georgicorum liber, Vergilii Maronis Buccolicum, P. Fausti
Andrelini, Foroliuensis poete Epistole cum adiunctis. In quinto Epistole
Breues Magistri Pauli Niauis, Epistole Turci, Epistole Missiles omnes scripte
cum adiunctis. In sexto Hymni et sequencie de tempore et sanctis
lectura donati. Regule de statutis Clericorum cum adiunctis
omnia scripta. In presencia Jacobi Rzewaczki prefati studentis
Et mei Valentini de Ropczicze famuli Vniuersitatis

# Acta actorum coram Venerabili & egregio viro Magro Martino de Ilkusch sacre theologie professore Eccle S. Nicolai extra muros Cracouien Preposito viceconseruatore ac rectore alme vniuersitatis studij generalis Crac in Rectoratu uero ipius septimo Comutacion Hyemali Anno Domini M° D° XXX° IIII^to Indicon septima Pontificatu quibus supra

Relacio

Die Lune XXVI octobris

Ioannes Baccalarius de Msczonowo famulus vniuersitatis Crac de mandato domi rectoris retulit se monuisse, venerabilem et egregium dominum Martinum de Croszna, medicine doctorem, et Collegiatum minoris Collegij, quatenus per se et non per substitutum secundum dispositionem statutorum, et priuilegiorum, alme vniuersitatis Crac suam legeret ad quam obligatur lectorem sub penis in statutis descriptis

legat per se

1235

Anno domini 1534 die Jovis v. Novembris

3258

Venerabilis Magister Martini de Crosznija Doctor Medicinae Collegiati Cracoviensis nomine Laurentius de Volborz ipsius procurator assertus, comparens coram domino in termino hodierno, impedientem petitionem Venerabilium dominorum magistrorum de Minori Collegio contra doctorem Martinum agentium petivit sibi copias, condempnaturum ipsius domini doctoris Martini, dari, decerni et terminum dicendi contra ad secundam Jurisprudentiam prefigi in presentia domini Magistri Bartholomei de ponte Regali collegiati minoris Collegii, qui suo et totius communitatis nominibus petivit, Quatenus prefatus dominus doctor Crosznijo suam causam per se et non per procuratorem, coram domino Rectore ageret, iuxta statuta Universitatis, et consuetudinem fieri in hoc tentam, et dominus decernit, quod prefatus dominus doctor Crosznijo solus per se et non per procuratorem, causam suam agat, Attolomeus pro animi sui, et huiusmodi causae meliori informatione, causas dandas per minores Collegiatos, moventes ipsos ad condempnandum in certa pena ipsum doctorem Crosznijo describi et dari, ad secundam Jurisprudentiam mandavit presentibus etc.

3259

Die Saturni vii Novembris

Magister Bartholomeus de ponte Regali suo et totius communitatis Minoris Collegii nominibus, satisfacientem decreto domini, obtulit in scripto causas condempnationis doctoris Crosznijo per communitatem minoris Collegii in una sexagena presentibus ut supra.

Die Sabbati xiiij Novembris

edictum

Valentinus de Ropczyce, famulus universitatis Cracoviensis de mandato domini Rectoris, retulit se citasse per edictum

Jacob Hodie

Nobilem Christophorum Chodzinski studentem, quod in bursa

philozophorum agente. Coram. Nobilibus. Canco pijotrowskij
et Nicolao Noszyszowskij Eustachio ~~de~~ studentibus
ibidem in bursa philozophorum comanentibus. ad Conclu-
dendum in ipsa causa. presentibus. discreto Jeronimo
Gostwijczki. Et me Christophero de Vijelun Norio
atque huius cause scriba. + et sententiam diffinitivam ferendum +

Concludimus

Christi nomine invocato pro tribunali sedeum in causa que
vertitur. inter honestum albertum pistorem de Cracovia actorem ex una
et discretum Christopherum Chodzanskij studentem de bursa philozo-
rum parte ab altera, occasione vulneracionis eiusdem alberti ut
dicebatur per prefatum Christopherum studentem facta ex hijs
que in huiusmodi causa vidimus, et ex depositione testium cognovimus
interloquendo dicimus et declaramus. prefatum albertum pistorem
per christopherum prefatum studentem minus iuste ex insidijs
enormiter ~~[illegible]~~ in brachio cultro lesum fuisse. taliaque sibi facere non licuisse
neque licere. Et ob hoc prefatum christopherum studentem ad satisfactionem
et solucionem ipsi alberto pistori. eorumque Cirurgico et admedicinas
curando vulnus illud exposuit. condempnandum duximus et compelle-
:dum. prout condempnamus et compellimus Alias decernimus et adiu-
:dicamus eidem alberto res ~~alberti~~ prefati Christopheri studentis
hic Cracovie per eum derelictas. Et ad instanciam suam seu Nicolai
pistoris genitoris sui. Auctoritate rectoris precedentis in arestum
positas. Ac ad eundem ~~positas~~ domum rectorem deportatas. prout.

in actu rectoratus octava Mensis Augusti anno presenti
continetur. Quatinus in eisdem rebus satisfactionem pro medi-
cinis et Cirurgico inquantum possibile est, haberet et quereret
In expensis quoque litis et cause propter hoc factis eundem Christophorum
condempnamus quarum taxacionem nobis in posterum reser-
vamus hac nostra sentencia interlocutoria vim diffinitive
habenda

Lecta lata et inscripta pronunciata est hec sentencia per
dominum Doctorem Martinum de Ilkusch Rectorem universitatis
die saturni quatuordecima mensis Novembris, Anno domini
Millesimo quingentesimo trigesimo quarto. presentibus
ibidem Valentino Sapiencia et universitatis Cracoviensis Jeronimo
Gosowiczkij testibus circa premissa. Et me Christophoro
de Vyelun, Notario huiusque cause presente scriba.

Thomas de Gasthy Stan. Die mercurii xxiiii mensis Novembris
Studens in Ludo Sancti Stephani manens satisfaciendo
decreto domini pro libro in quo continetur exercicium nove logice
exercicium veteris artis, simili lectura, quem sibi furto sublatum
reperit, apud gregorium studentem de Bursa Phorum Juramentum
prestitit, quod ubi liber ille suus proprius fuerit, et non illum
vendidisset, vel alicui dono dedisset, sed quod preter suam
sciam et voluntatem sibi furto sublatus esset, quo Juramento
facto in glumariam prefati gregorii studentis de Bursa Phorum
citati litterae et non comparentis prefatum librum dominus Thomas
prefato adiudicavit, quem et realiter in effectu recepit.
